



APIANUS
INSCRIPTIONES
SACROSANCTAE
1534









N: 2313.

Ad Conventu vallis speciosæ.

INSCRIPTIONES
SACROSANCTAE VETVSTATIS
NON ILLAE QVIDEM ROMANAE, SED TOTIVS FERE ORBIS SVMMO STVDIO AC MAXImis impensis Terra Mariq; conquisitæ feliciter incipiunt.

MAGNIFICO VIRO DOMINO RAYMVNDO FVGGERO INVICTIS
SIMORVM CAESARIS CAROLI QVINTI AC FERdinandi Romanorū Regis a Consiliis, bonarum literarū Mecænati incomparabili Petrus Apianus Mathematic⁹ Ingolstadieñ & Barptholomeus Amantius Poëta DED.



INGOLSTADII IN AEDIBVS P. APIANI. ANNO M. D. XXXIIII.



CAROLVS QVINTVS

Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarũ, Vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &cet. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis &ce. QVVM multis iam annis Honorabilis, Doctus, noster & Imperii Sacri fidelis dilectus Petrus Apianus Leysnicensis, Mathematicus Academiæ Ingolstadiensis, Vir singulari virtute & doctrina præditus, cum optimis Autoribus quotidie diligenter & syncero animo excudendis, tum miro ingenio nouis inueniendis, quibus mathematũ perdiscendorum studiosis consulatur, operam, laborem, studiumq; summum adhibuerit, & nunc proxime non tantum magnos labores sustinuerit, sed & graues sumptus fecerit, in venerandæ vetustatis monumentis publicandis, quo opere, dubitari potest, an quicq̃ vel vtilius, vel delectabilius post longam hominum memoriam æditum fuerit, Isq; veritus, ne sua hæc industria, & labor, eorum æmulatione, qui aliorum industria ad suum commodum abutuntur, sibi fraudi sit, Ideo à nobis suppliciter petiit, vt eam rem nobis curandam sumeremus, Hos igitur, qui literarum, & omnium bonarum artium studiosos hactenus semper benigne & fouimus & amplexati sumus, in eiusdẽ Apiani preces bene affecti, considerantes & perpendentes, quantum hac sua industria profuerit, & in posterum prodesse posit studiosis omnibus. Præterea quanti eius labores constiterint, in effingendis perpetuo bonis Autoribus, & suo ex ingenio elaborandis subinde nouis operibus, Cognoscentes & quanta diligentia insudauerit imprimendis Sacris illis vetustatibus, vt literis in chalybem docte eleganterq; incisis, quam emendatissime in publicum exirent, necnõ quantum exposuerit, & adhuc exponat in eam prouinciam, Itaq; vt posit, quemadmodum cepit, pergere, & deinde vtiliores rerum vsus & indagare & expromere, & vt indies spe honesti lucri, & tot tantisque suis laboribus digni, excitetur. Eidem Petro Apiano hoc nostrum priuilegium clementer cõtulimus, præbuimus, & pñtibus literis conferimus, ac præbemus: autoritate nostra Cæsarea, serio inhibentes, ne quisq; alius, præter præfatum Petrum Apianum in vniuersis ditionibus, terris, Ciuitatibus, Municipiis, Coloniis, Metrocomiis, atq; aliis locis nostris mediate vel immediate Romano Imperio subiectis, hæc veterum monumenta ab eo nunc ædita, & alia in posterum ædenda, per Quindecim annorum Spacium à tempore primæ publicationis eorũ imprimere, imprimiue mandare, siue in eadem, seu grandiuscula, minusculaue forma, iisdemue characteribus excudere, vel per se, vel per alios præsumat, aut in locis sacro Romano Imperio subiectis venundare, quocũq; modo, quatenus pœnã grauissimæ indignationis nostræ, tum amissionis omnium librorum, quos prædicto Petro Apiano in compensationem detrimenti adtribuimus & concedimus, & porrò decem Marcharum auri puri, partim fisco nostro Imperiali, partim prænominato Petro Apiano integre, & citra omnem remissionem exoluendarum, cupit euitare. Atq; huic pœnæ obnoxios statuimus etiam excussores (si de his notum sit, & iurisdictio in illos competat) simul etiam venditores, importatores occultos vel publicos distractores, atq; vniuersis & singulis Typographis. Bibliopolis, aliisq;, cuiuscunq; ordinis hominibus, nobis & sacro Imperio subiectis mandamus, vt hanc gratiam & concessionem nostrã obseruent, curentq; obseruandam inuiolabiliter. Deniq; pro consequendo effectu maiore, decreti & inhibitionis, cuius nostræ, quoties opus fuerit, & præsentium nostrarum vigore requisiti fuerint, omni fauore, & auxilio suffragemur eidem Petro Apiano, seu ab eo mandatum habentibus, quatenus pœnas præenarratas incurrere verentur. In contrarium facientibus nõ obstantibus quibuscunq;. In quorum omnium fidem & testimonium præsentes manu nostra subscriptas sigilli nostri Imperialis munimine iussimus roborari. Datum in ciuitate nostra Cæsarea Augusta, Sexto die mensis Ianuarii, Anno Domini M. D. XXXIIII. Imperii nostri decimoquarto, Et Regnorum nostrorum decimooctauo.


ARMA MAGNIFICI AC IN CLYTI HEROIS RAYMVNDI FVGGERI AV gustani Comitis, inuictissimorum Augusti Caroli V. & Ferdinandi Romanorum Regis Consiliarii, &c.



AD INSIGNIA MAGNIFICI HEROIS Fuggeri Barptholomei Amantii decastichon.

Turpe est censeri peregrina laude, nec esse
Vel doctum, aut aliis prænituisse bonis.
Turpe etiam haud alio discrimine uincere, quàm quod
Monstrentur cæris atria plena tibi.
Nobilis est solus uirtute insignis & arte,
Virtus nobilibus clarior una uiris.
Hæc facit æqualem te summis regibus esse,
Egregiis factis, omnimodisq; bonis.
Nam te non toto uiuit uel sanctior orbe,
Vel melior miseri spesq; salusq; gregis

INCLYTO AC SPECTABILI DOMINO RAYMVNDO FVGGERO AVGVSTANO AVGVSTISSIMI CAESARIS CAROLI, V. AC INVICTISSIMI ROmanorum Regis Ferdinandi Consiliario, &c. Barptholomeus Amantius Poëta Cæsareus, Oratoriæ Ingoldstadii ordinarius, ac Petrus Apianus Leysnicensis ibidem Mathematicarum disciplinarum publicus professor, summam felicitatem exoptant.



VETVS EST ET MVLTIS ANTE SECVLIS MOS INcrebuit, Vir clarissime ac Mecænas longe maxime, eos qui noui aliquid & lectu dignum suis uel laboribus ipsi pepererint, uel ab aliis factum, temporis tamen iniuria & iniquitate extinctum simulac intermortuum industria sua in lucem reuocauerint, illud clariori alicui uiro nuncupare, cuius autoritate ac patrocinio opus nouum à maleuolorum hominum, quorum nunc passim magna est nimium copia, improbitate defendatur, & æquo iure sustineatur. Et ob id utrique digna me Hercule merces præbetur. Patroni enim qui consecratum sibi monumentum tuetur, nomen immortale conseruari quis non uidet? An non Plinius Maior Vespasiani sui Imperatoris longe optimi memoriam, quod uidelicet libros Naturalis historiæ eius Maiestati inscripsit, perpetuam ad posteros transmisit? Nec alia re ulla celebrior unquam factus est Tyberius Cæsar, quàm quod Valerius Maximus Factorum Memorabilium libros huic nũcupauit. Atq; nescimus ita nos dii deæq; omnes adament, an maior gloria & laus eleganter excellentibus ulla quàm per libros ipsorum tutelæ tributos promanare possit. Si enim nihil est literis bonis aut melius aut preciosius, id quod omnes paulo doctiores sentiunt, necesse est etiã ea gloria & eo honore qui ex disciplinis aut perceptis aut etiã adamatis proficisci solet nihil in uniuerso orbe honestius ac nobilius esse. Quid immortalitati quæsumus anteponendum uidetur, an non hoc longe maximum putatur apud quosque etiam indoctissimos, testari aliquo insigni monumento se olim uixisse, nec nos moratur Græcum illud λάθε βιώσας, quo admonemur in humili fortuna uitam esse feliciorem, & eos optime uixisse, qui obscuri uixerint, & à publicis negociis semoti semper extiterint. Istud enim Epicureorum est, non Christianorum, quorum officium est, & quod Græci eleganter καθῆκον uocant, proponere, quæ nobis Natura illa omnium rerum procreatrix sapientissima faciunda certo modo præscripsit, latere equidem, & nihil se dignum post mortem relinquere, alienum est ab omni humanitate, imò ingrati & detestabiles habendi sunt, qui legibus Naturæ non parentes, ordinem eius funditus peruertunt, id est nihil agunt, per quod eorum nomen immortalitati tradatur. Sed ita ætatem suam insumpserunt, ut nati morientesq; fefellerint, nec in hanc uitam prodiisse, nec è uita excessisse sentiantur, sed perpetuo Vlyssis remigium traxisse existimentur, uoluptatibus addictos uixisse. Meliore in loco statuendi, qui ad literas tanquam ad sacram ancoram confugiunt, illæ enim solæ ex mortalibus immortales faciunt, illæ solæ nos diis superis miscent, illæ à communi & bruto uulgo secernunt. Cætera

tera quæ solus hic mundus suspicit ac colit, momentanea sunt, & minime durāt, sed uel mor te, uel temporis uitio, aut fortuna iniquiore pereunt. Nec illos audiendos existimamus, qui uel fortunæ, uel corporis bona commendent aut extollant. Quamuis nos nec omnino negemus, Diuitias esse rem quidem pulchram, sed & hoc asserimus facili fortunæ casu auferri. Cui non est nota Cræsi opulentia, & tamen ille uitam captus ab hoste tulit. Et Dionysius quem modo Syracusani formidabant, paulo post Corinthi ludum aperuit, & pueros docuit. Quàm uarie cum Polycrate Samiorum Tyranno fortuna illa rerum domina lusit. Nonne ad inuidiam usq; hominem omnimodis uitæ bonis suspiciendum extulit? omnes conatus pro sperrimo gressu succedebant ipsius deæ numine, quod uolebat semel hoc & poterat. Nulla res tam difficilis tamq; ardua erat, quam si cuperet, non statim apprehenderet, & ut nulla in causa animum eius offenderet, anulum etiam quem ipse de industria ne mali omnis expers foret proiecerat, Capto pisce qui eum deuorarat, ilico restituit, Ita blande hunc Tyrannum tractauit, ne uspiam uel ullo periculo, uel iactura aliqua frontis alacritatem immutantem ui deret. Sed quis felicem dixerit, quæso hunc uel alium ante mortem, supremaq; funera fati, si cogitemus quem euentum huius perpetua ante felicitas habuerit, tunc enim cum omne discrimen euasisse se putauerat. Fortuna quæ nunquam est perpetuo bona ab Oronte Darii regis præfecto in excelsissimo Mycalensis montis cacumine turpiter cruci affixum, & ex ea putres eius artus & tabe cruenta membra manantia Samotensibus quos acerba seruitute diu oppresserat, lætissimis oculis deridenda & spectanda præbuit. Is finis huius fortunatissimi tyranni extitit, quem tamen felicitatis exemplum proposuerat omnibus hominibus fortuna. Quid unquam Gn. Pompeio Magno uisum est maius? at is fugiens clientis etiam sui opem rogauit, & cui totus fermè orbis uictori paruerat ante, uictus indigentissimus effectus est. Quid Marius quem Iugurtha, Cymbrisq; deuictis, non dudum Roma maxima lætitia triumphantem uiderat, an non in Cannis palustribus & cæno post iacuit? & multa pertulit pudenda quidem tali ac tanto uiro. Crassus, cui pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit, ad tantam inopiam peruenisse fertur, ut bona eius à creditoribus, quia soluendo non fuerat, uenierint. Itaq; cum egens esset, tamen per risum ab omnibus diues salutabatur. Idem & Syphax rex expertus est, Romanorum amicus, mox inimicus uinctus à Lælio deductus Scipioni suppliciter procubuit, cuius manum non pridem arroganter attigerat. Caducæ nimirum & fragiles humanæ sunt opes, quæ ut subito affluunt, ita repente dilabuntur, nec ullo loco aut ulla in persona stabiles perstant, sed incertissimo fortunæ flatu nunc huc nunc illuc aguntur, ob id nec dici bona posse sapientes arbitrati sunt, quæ sui amatores & studiosos tam afflictis malis onerare soleret. Idem est de forma corporis dicendum, quod equidem nonnullis iucundum apparet esse bonum, sed falso. Est enim nimis fragile, & cum ad annos accesserit, deflorescit, & spacio sui corrūpitur. Atq; ut dicamus quæ sentimus, ex cunctis qualitatibus, quæ mortali cum corpore fugiunt, nulla uelocior, quàm forma, quæ mox, postquam amænum flosculum ostenderit, ipsos inter oculos mirantium, atque obstupentium euanescit, & uelut flos agri demessus arescit, ita & facili dispendio forma hominis, quantumuis excellens disperit, & ut maxime glorieris ac exultes. En mortem accedentem, quæ statim ostendit quanti sit habenda uiui hominis elegantia, nec mors sola, sed ipsa senectus, & paucorum annorū spacium, imò unius diei tantum febricula quædam repente inuadens. Postremo ut nihil etiā externi incidat, per sese tamen stando durandoq; consumitur, & in nihilum redigitur, neq; unquam tantum gaudii secum attulit, quantum desyderii & doloris discedens reliquit. Id quod equidem bene intellexit fama ille insignis Romanorum Imperator Domitianus, quem ferunt Historici amico alicui bono scripsisse, Gratum esse decorem, sed eo nihil breuius, nec etiam summopere expetendum etiam si firmum & solidum esset bonum, eo quod superficie tenus adesset homini, nec inesset, porró fœda multa & horrenda in homine contegeret, leuissimæque cutis obtentu sensibus tantum blandiretur. Falsis igitur ac labentibus illis nitoris dotibus non delectandum, sed stabilibus ac perpetuo bonis, in quæ nec fortuna ullum

haberet imperium; Quid quod forma plus habet mali quàm boni, nec absurde hostem ali domesticum, quamuis blandum appellarunt formã, præbet enim plærunque maximorum periculorum materiam. Laborum causam, segetem libidinum spurcissimarum, nec minorem quærendæ amicitiæ quàm inimicitiarum aditum. Vtcunque enim quis ob formam feminis quæ miris modis hanc appetunt, adametur, necesse tamen fuerit uiris aut inuisum aut suspectum uideri. Veluti enim nihil magis animum mouet, ita nec forma quicquam suspectius contingere poterit. Recte me Hercule fecisse existimatur Spurina, qui cum insigni & admiranda totius corporis pulchritudine complurium illustrium feminarum oculos ad se amandum adliceret, & ob id maritis earumq; parentibus sese suspectum esse sentiret, uulneribus inflictis sibi ipsi oris decorem deturpauit, deformitatemq; sanctitatis & uerecundiæ suæ testẽ, potius quam formã incesti fomentũ esse maluit. Legimus itaque decorem multis exitio fuisse, ut Hippolyto Thesei filio, quem egregius Vates Maro pulcherrimum uocat; Is nunquam Phedræ nouercæ occasionem incesti coitus præbuisset, nec equis discerptus foret, nisi præstitisset tantum forma, insidias igitur tetendit mater ob elegantiam. Quis tantum bellum Centaurorum concitauit, quàm Hippodamiæ pulchritudo illa insignis. Nonne ob id Poëtæ Ischomachen appellant, quod illius causa tanta armorũ pestis exorta fuerit. Sæpe igitur mirari nobiscũ solemus, cur hæc tantopere expetatur ab hominibus, quæ plærunque tantam amarulentiam secum adfert, ut minime desyderium illud repensum tot incommodis uideatur, sed ita est genus hominum. Quemadmodum enim Scarabei fugiunt unguenta, & delectantur fœtoribus, sic nonnullis pessima pro optimis placent, obiectat alius corporis uires, alius uelocitatem iactitat, quæ tamen statim fragilitate excipiuntur. Nullæ enim tantæ usquam corporum uires extiterunt, quæ non uel labore immodico, uel morbo acri, aut accessu senii frangerentur. Quis Milone robustior unquam fuit, quem aiunt neminem tenenti malum digitis extorquere potuisse. Porrò in Olympia bouem integrum per stadium retento etiam anhelitu & importasse, & eodem die ictu pugni interfectum deuorasse. Sed quis finis huius fuit. Hic qui uiribus & admirandis illis lacertis tantum confisus fuerat, mox arborem deducturus brachiis hinc inde constrictis & deficiente conatu. Lupis pro præda fuit, nec meliorem euentum sortitus est Cleomedes Astypaleus, quem post multam crudelitatem exercitatã. Lachum pugilẽ occisum, columnam quæ ludi literarii domus fulciebatur disiectam, pueris adobrutis eius casu, & ipse paulo post in Mineruæ templo arcam ingressus operculo obtectus miseram & se dignam mortem luit. Herculem quem tot eius ærumnæ ac labores celebrem faciunt, inuictum omnibus, uis latentis ueneni uicit. Samson ut sacræ tradunt literæ mille quondam Philistæos asini maxilla interfecit, tandem ligatus domum concussit ac diruit, eaq; ruina quàm plurimos oppressit. Portas urbis euellit, & infinita robore corporis commisit, postremo à Dalida meretrice rasis capillis, in quibus fatale robur & fortitudo continebatur, in hostium manus uenit. I igitur & uiribus fide, quas paulo post debilitatas & concussas uideas. Idem & de uelocitate dicere possumus, quæ quantacunque fuerit, admiranda certe non est, ut enim latissime pateat hoc spacium seu temporum seu locorum, nihilominus quocunque se uerterit, semper ad senium & mortem properat, & ut omnes excesseris pernicitate currendi, tamen lepusculum, animalculum inerme & parui momenti præcurrere te posse uix sperabis. Et ut huius rei semel finem faciamus. Nihil est in rebus humanis, quod non uetustate corrodatur & consumatur, præterquam bonæ literæ, quæ quia perpetua sunt possessio, semper firmæ manent, nec ullorum incommodorum interuentu alicui auferuntur, nec mors quicquam iuris aut potestatis habet, utcunque enim formam, diuitias, robur, & reliqua omnia sustulerit. Virtutem tamen tollere & bonas disciplinas nunquam ualet, eæ perpetuo sequuntur quocunque ieris, nunquam te deserũt. O igitur solum bonum æternum & immortale, o uana hominum consilia, qui ea quæ bona tantum uidentur amplectimur, alia quæ intermori nunquam possunt refugimus, imo tanquam inutilia contemnimus. Nec animaduertentes præclarũ illud Poëtæ

uenustissimi,

uenustissimi, Nempe dat & quodcunque libet fortuna, rapitque, Irus & est subito, qui modo Crœsus erat. Singula quid referam, nil non mortale tenemus pectoris exceptis, ingeniique bonis. En ego cum patria caream, uobisque domoque raptaque sint adimi, quæ potuere mihi ingenio tamen ipse meo, comitorque fruorque. Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil. Quilibet hanc sæuo uitã mihi finiat ense. Me tamen extincto fama superstes erit. Confirmat & Bias Prienensis, cuius cum patriam Prienen hostes inuasissent, omnibus quos sæuitia belli incolumes abire concesserat optimarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus cur nihil suorum bonorum secum asportaret. Ego inquit, uero bona mea omnia mecum porto. Significare nimirum uolebat uir ille sapientissimus à Græcis existimatus, non ea bona esse quæ uiderentur oculis, aut manibus gestarentur, sed quæ mentis penetralibus inclusa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari possent, & quæ ut manentibus præsto essent, ita fugientes non desererent. Cæteræ res neque temporũ sunt, neque ætatum omniũ, neque locorum, ut Ciceronis uerbis utamur, hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugiũ ac solatium præbent, oblectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, nec uiuis nec mortuis nobis eripi possunt. Quorsum hæc dicta, ut intelligas Mecænas maxime ac optime quanta sit felicitas & esse doctum & doctos admirari ac fouere, quod utrunque in te est suspiciendum. Nam quæ in te lateat eruditio, quibus præceptoribus a pueris usus sis, & quantum præstare omnibus bonis disciplinis queas, eorum iudicio committimus, qui quotidie suos labores tibi adscribũt, quod equidẽ nunquã facerent, nisi & te excellentem esse bonis in artibus perspectum haberent. De fauore in doctos omnia plena sunt, & hoc lippis ac tonsoribus notũ est: nimis longi essemus. si hic recensere uelimus, quibus muneribus literatos exornes, quot quantasque diuitias in eos profundas, qui malis etiam uersibus nomẽ tuum onerant potius quàm honorant, nullum abs te indonatũ dimittis. Quid dicamus de magno illo Erasmo, o bone Deus quàm amas illum, cum fratre tuo uiro prudentissimo ac optimo, ut alios taceamus. Recte autem facis, & Hesiodo obtemperas qui optimũ quemque uocat qui per se omnia nouit, proximum huic qui sapientes audiat & adamet, qui neutrum præstet penitus esse inutilem. Dionysius Tyrannus quod Platonem Siciliam petentem cum albis quadrigis obuiam procedens excepit iure optimo laudatur. Alexander Thebas euertens Pindari domui parci iussit Stageram oppidum ob Aristotelem restitui Athenienses Thucydidem quẽ imperatorem in exilium protruserant, quod ipsorum res gestas conscripsisset, reuocarunt Menandrum Comicum Aegypti ac Macedoniæ reges classe ad se uehi petierunt. Xerxes Persarũ rex Hippocratem accersiuit. Ptolemeus Philadelphus & Hero Siciliæ Tyrannus maximis uiris ad se uocatis bonis literis sese tradiderunt. Ex Hispania quosdam uenisse legimus ut Liuiũ uiderent. De Græcis hæc. De Romanis Pompeius Magnus post bellum Mithridaticum Posidonii domum Athenis ingressurus, non percuti de more ianuam iussit, sed fasces foribus submisit. Scipio statuam Ennii sepulchro suo imponi mandauit. Cato senex Carneadem Legatum plurimum amauit. Scimus & Augustum, item Claudium, Adrianum, Antoninos, Titũ Vespasianum, diuos imperatores doctis uiris maxime fauisse. Numerianus Imperator, teste Vopisco dicendi facultate maxime præditus, maluit in Bibliothecam Vlpiani Iureconsulti sibi poni statuam nomine Numeriani Oratoris quàm Cæsaris, quod putaret imperium fortunæ, eloquentiam uero rarum uirtutis donum. Et ut ad recentiora me uertam, nonne hominũ memoria Robertus Siciliæ rex Franciscum Petrarcham omneisque eruditos in summo precio habuit. Hanc laudem non multis post annis meruit Nicolaus Quintus Pontifex Maximus, deinde successerunt Alphonsus Tarraconensis: Mathias Pannoniæ rex. Post Cosmus ac Laurentius insigni medicum familia progeniti. Fridericus item Vrbinatum dux: quos omnes non longo ordine subsequeris, cum & beneuolentia in bonos ac doctos, tum & diuitiis par ac æqualis. Sed illud in te maximum omnium est, quod non tantum eruditos subleuas, & alis tua liberalitate, sed rerum egenos & qui morbis corripiuntur quibuscunque, eos medicis curandos commendas pecuniasque subministras, quibus largiter miseri illi sustententur. Non hæc adulationis causa loquor, absit a me tantum hoc mendacium, quod ipse oculis meis uidi, & partim fi-

de uiris dignissimis audiui, hoc profiteri necesse est, & meum testimonium uerum esse certo scio. Non igitur immerito ciuitatis tuæ conseruatorem esse dixerim, qui dando tot homines subleuas, & liberaliter agendo conseruas. Mercatura quia multa vndique apportat, iure a plærisq; laudatur, sed multo laudabilior iudicanda est in dando tua benignitas, cum ea gratuita sit, ac solam benefaciendi gratiam spectet. Atq; ut de aliis supersedeamus. Quid non quæso in hoc opus erogasti, quid unquam abs te vel mihi vel Apiano petitum est, quod non summa animi alacritate contuleris, plura daturus si petiissemus. Sed ne modum in petendo excederemus, & tua immensa liberalitate abuteremur curæ nobis ambobus fuit, subministrata non tantum est pecunia ad excudendum, sed & benignissime quæ uel terra uel mari conquiri procurasti. collata sunt, imò & studio tuo effigiata. Atq; hoc omne tibi cedere plane uolumus, nos non aliud desyderamus, quàm ut cœpisti ita nos ambos ames ac diligas. Tuum enim est quod in medium produximus, tua tibi reddimus quæ imprimenda demandasti, pro nostris laboribus abunde abs te satisfactum esse profitemur, asserimus præterea nos esse in ære tuo, & inter tua nomina. Hoc nostrum officium exigeret toti orbi manifestum facere, si quid eloquentiæ aut rectæ eruditionis in nobis esset, quantum virtus tua mereretur, cuius studio & diligentia sacrosancta hæc uetustatis monumenta in lucem prodierunt. Atq; hanc gloriam non tantum debét viui qui & ob ueterum exempla quæ hic legere licet, uel uirtutem non melius incendi possunt, quam etiam prisci quorum gloria ob rerum bene gestarum seriem modo penitus reuiuiscit, & quorum recte facta & memoria interierat, hoc opere tamen illustri, tantisq; laboribus vndique collecto, ædito[,] rursum in lucem rediit. Hoc certo scio ipsorum nunc manes gestire, quod tenebras euaserint, & in lumen reuersi fuerint. Quis enim tanta pericula mortis subeat, quis se pro Patriæ, Amicorum & ciuium salute in tot ac tantas dimicationes atq; in profligatorum hominum quotidianos impetus obiiciat, si post vitam nulla laus atq; honestas maneant, si nulli fuerint qui inclytis literarum monumentis tradant ad posteritatem, nec enim facile inuenies multis in milibus unum, virtutem, precium, qui putet esse suum ipse decor recti facti si præmia desint, non mouet, & gratis pænitet esse probum. Necesse est ergo uirtuti suam mercedem & præmium laudē scz & honorē præstare, si velis esse qui recte & bene faciat. Regium igitur uidetur esse factum mortuis hac ratione consulere, & maxime tanto quantus es ipse viro conueniens, veteres illos quorum nomina apud uos exoleuerant reuocare & conseruare, nec credo maiorem tibi apud bonos homines fauorem quæri posse, vidimus quātæ admirationi fuerit olim unum tantum vetustatis monumentum eruisse. Nec dignam gratiam pro hoc tanto beneficio referri posse putatum est. Nonne ob paucas quasdam in medium proditas uetustates Pomponius Letus Romanus omnium in ore summa cum laude uersatus est. Idem & gloriæ consecutus est Cyriacus Anconitanus qui & ob diligētem inquirendarū uetustatū curā Antiquarii cognomē merito habere cepit. Nec minor laus extitit Nicolai Quinti P. M. qui miro quodam studio antiquitatū flagrans immensissimā pecuniam pro iis sedulo vndiq; perquirendis elargitus est, habet .n. nescio quid in se maiestatis & enthusiasmi veneranda uetustas, & ut eruditione nos sedecim pedibus excelluit, ita morum sanctimonia & omnis uitæ honestate longe superior fuisse uidetur. Pudet nostri seculi & cum hæc uetera legimus, execramur nos quos non natura tum temporis cum probitas & eruditio simul regnarent, progenuerit. Sed ad institutum reuertamur, quis tibi quæso pro hoc tam admirando opere dignam poterit rependere gratiam, cuius opera effectum est, vt qui longis seculis in summa obscuritate delituerint nunc eruantur, & reuiuiscant. Consyderantibus enim nobis sæpenumero & rerum omnium magnitudinem cogitantibus nulla maior causa uideri solet ad tantam populum Romanum nominis atq; imperii gloriam prouenisse, quàm ingens quædam & incredibilis actio gratiarum & beneficiorum admirabilis compensatio aduersus omnes à quibuscunq; beneficium vel perexiguum accepisset. Quibus enim præmiis ciues suos persequebatur, qui præclarum aliquod facinus pro Repub. peregissent, eorum augebat dignitatem, auctam uero opibus, autoritate, gloria exornabat, quibus prouocatus optimus quisq; labores durissimos terra mariq; perpeti, capitis pericula subire, mortem pro patria appetere non dubitabat, qui nisi cum priuatim tum publice fuissent

honorati,

honorati, non credo tantum ad eas res gerendas animi magnitudinem collaturos fuisse. Omnibus enim qui dignitatem P. R. atque imperium tuerentur, qui Rempublicam augerent, eamque diligenter administrarent, maxima proponebantur præmia. Quippe qui insignius quicquam domi militiæque gessisset, huic coronæ, huic statuæ, huic ouationes, huic triumphi, huic ornamenta, huic mille rerum gestarum insignia parabantur. Nam quid arbitramur Romanos tot coronarum genera excogitasse, nisi ut ciues suos, qui aliqua uirtutis gloria floruissent, laudum meritis prosequerentur amplissimis, eosque ad res magnas obeundas ardentius excitarent. Qui urbem aliquam obsidione liberasset, obsidionali donabatur corona ciuica, qui captum ciuem hostibus eripuisset. Qui uero primus in hostium muros prosiluisset, murali, qui in nauim, nauali, qui uallum primus conscendisset uallari, qui in castra irrupisset castrensi, quique illorum magnum numerum uel mari uel terra profudisset, triumphali, qui non magnum cecidisset, tamen bellum parta uictoria confecisset, ouali coronabatur. Et ne quid sine præmio fieri posse uideretur, si qui bello cum ipsi non interfuissent, aliquid tamen pro Imperatoris uictoria procurassent, hi quoque sua uirtutis ornamenta consequebantur. Imperatorẽ si quis bello seruasset huic etiam Senatus assurgebat, una esse propeque assidere iubebat, munerum uacationem ipsi patri, auoque, atauo conc edebat. Et quod multo pulcherrimum uideri solet, si qui sibi coronam uirtute in uita peperisset, eandem mortuis non illis ipsis solum sed eorum etiam parentibus imponi, laudesque clarorum hominum ad cantus & tibicinem in concione laudari uoluerunt, quod genus laudis Nenia dicebatur, Maiorum etiam gesta in conuiuio decantari solebant, quod clarius est, quàm ut testimonio indigeat. Quid hoc gratius dici potuisset. Quid dicemus tot statuas triumphales, tot amplissima sepulchra, tot clarissimos titulos, tot imagines & monumenta maiorum, quid tot celeberrimos gloriosissimosque triumphos. Prudenter hæc omnia, nullam enim uirtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua quidem detracta, quid est quod in hoc tali exiguo uitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus. Certe si nihil animus præsentiret in posterum, etsi quibus regionibus uitæ spacium circumscriptũ est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis uigiliisque angeretur, nec toties de uita ipsa dimicaret, nunc uero quia insidet quædam in optimo quoque uirtus quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat & admouet, non cum uitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandã. Quid ergo putas animi illic erga te esse, quorum benefacta ad nos nullis aliis scriptis quàm hisce semesis marmoribus erutis & hic descriptis peruenerunt. Te quidem suum conseruatorem colunt & adorant, te laudibus summis extollũt, quod ipsorum nomen ab inferis reuocaueris, & quod laudem tantorum periculorum laborumque in quibus olim illi uersati sunt nec usque ad extremum spacium ullum tranquillum atque ociosum spiritum duxerũt, cum ipsorũ uita intermori nõ sis passus. De iis nunc satis. Quod ad nos attinet. Oramus ut hæc tua æquo ac facili animo feras, & laborem nostrum quem in redigendis singulis in ordinem præstitimus, boni consulas, si quæ uero non recta uidebuntur, illud non nobis imputandum erit, sed illis qui passim excerpserunt, mirum enim est dictum quàm exemplaria nonnulla ex quibus hæc sumpsimus deprauate fuerint scripta, in quibus corrigendis equidem multum laboris & solicitudinis cœpimus, tum quod non liceat facile aliqua immutare, tum quod ea res non ferat ut in aliis fieri solet, diuinationẽ aut coniecturas, & quædam non habent rationem orthographiæ, quod equidem sæpe est uidere, atque id docti tantummodo nouerunt Grammatici illi ignorant, qui omnia tanquam ad Lydium lapidem dirigere conantur, itaque cum hoc sentiremus, non semel de opere hoc desperauimus, & nisi alia res subleuasset, uidelicet sperantes hoc opus omnibus fore charissimum quibus sit paulo honestior mens & sacræ uetustatis amantior, aliás nunquam commoueri potuissemus in medium tantum opus ut proderemus, non ignari quantum onus humeris nostris impositum esset, & q̃ multorum doctissimorum iudicia hæc res efflagitaret, priusquã in plurium manus uenturum esset, & multorum hominum oculis subiiceretur, qua de re & tu

sæpe, & non semel admonuit uir optimus ac meo quidem iudicio in antiquitatibus perscrutandis præter cæteras omnes bonas disciplinas quibus insigniter est ornatus, sagacissimus D. Ioannes Cholerus Patronus Augustanus præpositus Curiensis, & qui hoc opus tuum non paucis nec uulgaribus Galliæ monumentis auxit & exornauit, simulq; ea sua manu imprimis exarata, post etiam denuo rescripta quàm correctissime misit. Vellemus & huiusmodi fuisse clarissimi uiri Chunradi Peutingeri Iureconsulti, præterea nobilissimi Domini Ioannis Guilielmi a Laubenberg equitis Sueuici. Itèm excellentissimi uiri D. Bilibaldi Pirckamheri, quæ Andreas Rutellius eius olim Amanuensis uir incomparabilis eruditionis, & studii ad antiquitates eruendas, sed efflagitabamus ita esse correcta, vt libenter impartierunt, tamen nec sua laude ob id sunt defraudandi, qui quidem ea non difficili animo, sed benigniter communicarunt. Hortamur nunc alios, ne hunc laborem nostrum suggillent, sed potius adiuuent, quo plura in lucem ædantur, ex quibus bonis literis non parum & ornamenti & lucis accessurum confidimus.

Vale ex Ingolstadio. IDIB. AVG.

DOCTISSIMO VIRO D. BARTHOLOMEO AMANTIO PROfessori bonarum literarum in Academia Ingolstadiensi. S. D.



NTELLIGO TE VETERA QVAEDAM monumenta collecta æditurum esse, quorum tibi copiam magna ex parte fecerit vir clarissimus D. Raymundus Fuggerus. Ego uero & studium tuum & consilium, doctissime Amanti, magnopere probo. Nam monumenta illa non solum afferunt lumen historiis, sed etiam tecta ingenia ad literarum atque antiquitatis admirationem exuscitant, quæ res meo iudicio, bonarum artium studia alit. Ipsum uero Fuggerum iam antea sciebam & amare & intelligere literas, quod meo quidem iudicio, in tali fortuna magno ei ornamento est. Sed illud gloriosius est, quod sine inuidia ædit ea quæ ipse maximo sumptu, terra mariq; conquisiuit. Quid enim splendidius est, quam tantas opes ad ornandas bonas literas conferre. Fuit ea laus, memoria patrum nostrorum apud Italos familiæ Medicum, qui haud scio an soli spretas a Regibus omnibus literas, quasi exulantes hospitio exceperunt, & liberalitate sua optimas artes ab interitu vindicarunt, & ingeniosorum hominum studia iuuerunt. Itaque propemodum huic uni familiæ laus conseruatarum literarum, omnium gentium consensu tribuitur, qua nulla cogitari maior atque amplior potest. Ne ipsos quidem Medicum manes existimo magis opum atque imperiorum quam huius beneficii recordatione delectari. Certe gentibus omnibus multo gratius est Medicum nomen propter conseruatas optimas disciplinas quam propter cæteras res gestas, quamlibet magnas. Vtinam uero Fuggeri ut opibus feliciter æquarunt Medicos, ita hanc laudem conseruandarum literarum etiā imitentur, præsertim his miserrimis temporibus cum inter hæc pub. dissidia, literarum studia magno in periculo sunt. Ac postquam specimen suæ uoluntatis iam ostendit nobis D. Raymundus, bona quædam spes habet animum meum, patrocinium literarum & cæteros in ea familia suscepturos esse, quod si fecerint, tum uero solidam & immortalem gloriam ad posteros relinquent, ut quemadmodum apud omnes gentes Medicum nomen, propter hoc beneficium, gratissimum est, ita Fuggeros amet ac prædicet⁄ uniuersa posteritas tanquam optimæ rei inter homines conseruatores. Hæc laus magnis & præstantibus uiris maxime expetenda est. Tu quoq; præclare facis Amanti, quod nomē tuum posteris cum talium uirorum memoria commendas. Bene vale Postridie Calen. Ianuarii. Anno M. D. XXXIIII.

Philippus Melanchthon.

IOANNES AGRICOLA HAMMONIVS

Professor Medicinæ, Sextumuir Ingolstadiensis.

Πάντα βίον στιγμῶν πλεῦ ταρχε χρόνοιο ὀνομάζεις,
Οὐ παρ᾽ ἔπος, ἄνθρωπος κέραμος γέγονε.
Πάντων ἂν δαμάσῃ χρόνος ὃν δὲ τέλος θέμεν ἔργων.
Ἄφθιτα χαλκοβαρῆ μνήματα μηδ᾽ ἔπλετο.
Ἀνδριάντες ἅμα μαρμάρεοι, μαυσώλεα, τύμβοι
Ἀλὺ ἄργυρα φέρει πάντα μινυνθάδια.
Σκληρὰ μέταλλ᾽, αἰγύπτου πυράμιδες, ὀβελίσκοι
Δαιδάλεος λαβύρινθός τε, κολόσσος ὁμοῦ.
Ναῶν φθινύθουσιν ἀγάλματα νῶν ἐπιστήλια, πύργοι,
Αἰὼν ἀκροπόλεις ὤλεσε λευκαλέος
Σώζουσιν παλαιότητας δ᾽ ἢ Βαρθολομαῖος
Καὶ πέτρος, ὡς θησεὺς πειρίθοός τε, φίλοι,
Κάλλιον ὀφθαλμοῖσιν ἴδον οὐδὲν, ἐπεὶ γέτου ὧδε
Μὴ κρύπτειν μακρὸν πάντα φανέντα χρόνον.
Τέλος.

Ταμίαν ἀρετῆς ἐστὶ γύναια γυνή.

ΙΩΑΧΕΙΜΟΥ ΚΑΜΕΡΑΡΙΟΥ.

Καὶ ταῦτ᾽ ἀππιανοῖο λάβ᾽ ὅς πρόσθεν ἔλαβες ἄλλα.
Οἷσιν ὅ, τ᾽ αὖτ᾽ ἀρετῆς καὶ σοφίης λάβετο
Μηδὲ τεῆς ἧς τοῦ σπουδῆς οὐκ ἄξια, καὶ γὰρ
Εὑρήσεις πλείστης ταῦτ᾽ ἀναλεξάμενος.
Οὐδὲ πάλαι γράφοι αὐτ᾽ οἷσ᾽ ἀρήσῃς σε διδάξαι
Ὄμμα δ᾽ ἔτ᾽ εὐφραίνειν πλεῖστα δαμάντα πόνον
Ἀλλ᾽ ἄγε δέξ᾽ ἱλαρῶς δῶρον τὸ δὲ, καὶ λέγε τοῦτο
Δωρήσαντα καλῶς, πάντ᾽ ἀγαθ᾽ εὐξάμενος.

D. PETRO APIANO ET BARTHOLOMEO

Amantio Mathematices in Ingold. & Poësis facile principibus, earundemq; professoribus ibidem pub. suis opt. amicis, & D. apprime charis, Salutem in Domino perpetuam præcatur & optat Io. Guilielmus à Loubemberg eques Sueuicus & Dominus Arcis Vuagegg &c.



EDIT AD ME PRIDIE COLLATINVS ILLE VTRIVSque nostrum communis amicus, literas ut solet plærunq; mandatis sibi exequendis plenas. Me solito uehementius rogans, causis tamen suæ irrogando uehementiæ nullis adeo patentibus. Quoniam Antiquitatum illud nobile opus à D. Apiano, nec dum uti putabat, typis adeo excusum, consummatumq; esset. Vt aliquibus Io Rosini carminibus, iisdemq; paucis admodum haud tamen inconcinnis plurimumq; elegantibus ullus præfigendi locus uacaret, atq; superesse posset. Illa quidem ad uos quāprimū deferri curarem.

Quæ tamen, nisi perquàm oportune Ingolstadien. tabellarius quidam se obtulisset, per meorum aliquem mittere aliàs non intermisissem. Cæterum illas Antiquitatum uenerandas reliquias, magno equidem animi nostri desyderio expecto. Quarum hi, qui tot maria emensi, & nullos non totius orbis terrarum, quantumuis retrusissimos angulos perscrutati sunt. Vt perq̄ plurimas atque innumeras, ita perpetuā certe memoria ac nunquā intermoritura laude dignas (siquidem uel uoluissent uel intellexissent) ab interitu uindicare, memoriæq; æternæ, ob quā solū illas esse constitutas uidetur facile restituere potuissent. Olim illustrissimi, & nobilissimi quiq; uiri, ad perlustrandas gentium longius hinc semotarum nationes, visendaq; ne dicam adoranda diuorum monumenta, peregre profecti relictis interim suis & vxoribus & liberis, antiquitatum preciosissimū hunc thesaurum turpiter neglexerunt. Quo magis soleo, non etiam sine dolore, illis omnium studiosorum nomine sæpenumero irasci, quod suis in peregrinationibus nihil obseruarint minus, quam & cuius copia dabatur incredibilis, & tamen neglexisse, religio maxima erat. Adde cum illis inquā principibus viris, exotica in tantum arriderent, ut corporis, simul & rei familiaris suæ pericula subire, inq; ea sese coniicere non uererentur. Quorū ex numero fuere parens quoq;, atq; auus meus, qui Hierosolymas utriq; concessere. Nunquam tamen ista, quæ cum primis erant & suspicienda & adoranda demirati fuerunt, quando scilicet uetustissimarum quarumcunq; rerum uestigia, ΚΑΙ ΤΑ ΕΡΙΣΤΗΜΑΤΑ, utrunq; potuissent restaurare tum obseruare desierunt. Ignauiam hercle hominū, quos cū peculiariter hæc curare maxime oportebat, nunquā ΝΗΔΙΑ deplorată satis cernere licet. Tametsi nec hic effugient mercatores eidē culpæ obnoxii, qua cæteri, qui equidē nec multo magis uacare uidentur, quanquā uel hoc ipso tolerabiliores, quod mercibus solum cōparandis peregrinentur. Merito itaq; omniū, qui olim ac nostra memoria extiterunt, tam longinquas adierunt regiones. D. Fuggerus Raymundus, ut ingenue fatear, laudandus in primis uidetur, qui quoquo modo potuit multis antiquitatibus iamiam intereuntibus, nec suo opinor paruo dispendio, quo pristinæ integritati restituerentur consuluit. Quo quidem me, libet enim arrogantius quid prædicare de nobis, & si nec facultatibus huic, quæ in huiusmodi antiquitatibus eruendis expeti solent, par, quia non datæ. Nec totidem præclarissimarum prouinciarū urbes ciuitatesq;, ubi immensissima illarū copia passim reperiri liceat, peragrauerim, quod scilicet eam felicitatem nostra nunc tempora mihi negarunt. Tamen nulla inquā ex parte eruendis qualiumcunq; antiquitatum, siue scripturis, siue aliis quibuslibet uestigiis, immortalitatiq; uindicandis, inferiorem nec fuisse hactenus, nec unquam futurum concedam. Etenim omnia fere illa, quæ olim N. homo diligentissimus, taliumq; rerum cum primis studiosus, accurate pallatii sui aulæ adpingi laborauerat, ea-

dem

dem descripta uel hanc unam ob causam uobis misi. Licet iam antea, bonam uos, atque maiorem arbitrarer habere illarum partem. Vt inquam, si quæ in uestro exemplari aut deprauata forent, & mutila, aut omnino deesse uiderentur, ex nostris non modo restituere hæc ipsa, uerumetiam addere reliqua possetis. Interim omnem adhibiturum me tũ dilgentiam, tum studium operamq; nostram polliceor. Vt quæ ad uenerandæ antiquitatis conseruationem, immortalitatemq; spectare uidebuntur, ea quantum per me quidem licuerit, quo minus intereant, etiam atq; etiam sedulo curaturum esse. Valete in Domino amici opt. & mihi chariss. Vuagegg. II. Iulii, Anno salutis nostræ, M. D. XXXIIII.

IOANNIS ROSINI DECASTICHON.

Qualis apis uarios flores per rosida prata
 Delibans dulci nectare condit opus,
Talis ab informi ueterum monumenta senecta
 Asseris, ac toto sedulus orbe legis,
Illustriq; locas heroum sede labores,
 Semesis lectos undiq; marmoribus,
Ergo Apiane, iterum rediuiui luce fruuntur
 Quos prope Læthæo merserat amne situs,
Exempla, & priscæ iuuenes uirtutis habebunt
 O nostris quantum dissita temporibus.

EPIGRAMMA DOCTISSIMI VIRI IACOBI

Micylli Poëtæ Oratoriæ ac græcæ linguæ in Inclyta Academia Heidelbergensi Professoris Publici in opus antiquitatum.

Qui legis antiquos oculis mirantibus asses,
 Et sculptas ueteri suspicis ære notas.
Et gaudes æui monumenta uidere prioris
 Et uersas crebra signa uetusta manu,
Si iuuat, inq; breui tot res cognoscere summa,
 Quot triplicis terræ pars habet una, uoles.
Singula dum studio comportas undiq; tanto,
 Adde diu partis hoc quoq; rebus opus.
Hic inscripta leges priscorum templa deorum,
 Hic arcus, ueterum clara trophæa ducum,
Hic monumenta uirum, qui uel periere sub armis.
 Vel uiui meritum laude tulere decus,
Quæ pia uirtutum refert exempla tueri
 Atq; eadem à sera posteritate legi,
Nomen ut assuescant facere & seruare nepotes,
 Dignaq; maiorum facta referre suis.
Hanc spem propositam dum cernent dumq; sequentur
 Quod benefactorum gloria morte caret.
Cætera enim ueterum consumpsit longa uetustas
 At perstat scriptis tradita fama notis.

Nequid omnino ad operis absolutionem desset, placuit non errata que uel nulla sunt cõmissa, uel pauca, uel adeo crassa, ut quis indoctißimus deprendere possit, sed ea que aliis in in exemplaribus aliter haberentur, an notare, ut & lector liberam haberet optionem legendi & sectandi quod uellet.

Folio decimo insciptione .iii. alii codices habent Gemine pro G. Emeel.

Folio .XI. inscriptione .I. Post morientis desyderatur. Decreta. Secũda inscriptione pro ISTO EVM QVI. alicubi habetur TVM Q VIA

Fol. xii. pro B. F. legendum est. P. F. inscr. ii.

Fo. eo: insc. iii. pro GIM, GEM legito.

Fo: xiii. insc. iiii. pro PRETORES PRETORIOS nõllui habent.

Fol, xiiii. insc. ii pro LEGMYS, LEG VII legunt.

Folio eodem insc. iii. pro cohot is lege cohortis.

Folio eo: insc. v. pro amens, aniens aliqua habent exemplaria,

Folio xv. inscrip. i. pro larum larium habetur.

uicus.

Fo: eodem insciptione ii. rursus pro larum larium, & F. Siluinus pro Siluius, paulo post rurs. Siluinus pro Sil

Folio xvi. insc. iiii. pro Germaniæ Germanicæ alii habent.

Folio eodem Insc. vi. pro Euhormus Eubormus legunt aliqui codices.

Folio .xviii. insc. vi. pro Segorbicæ Segobricæ habetur.

Folio xix. inscrip. ij. pro Magalæ, Mag. Gall: legi sine controuersia debet.

Folio eodem inscr. iiij. sine dubio Epithaphium est corruptißimum, sed quia ita inuenimus scriptum, maluimus ponere, q̃ omittere.

Folio xxiiij. insc. iij. pro futura fututa recte iuditio doctorum legitur.

Folio xxv. in epistola Do: Choleri Colum. xvi. pro obiecti abiecti. Colum. xix. pro redditum, reditum. & Co lum. xxij. pro ardellionum ardelionum legendum est.

Folio xxxvi. insc .i. pro Rir Vir legi debet.

Folio eodem inscriptione .ij. post Primigeniæ desideratur VXORI CARISSIMAE.

Folio XL. insc. iij. post Q. AV. desideratur.

Folio XLiiij. ins. ij. post florida deest Luce his requiesco locis, uitam cui.

Folio XLVII. insc. I. pro Senior in .iij. Columna Iunior alij habent libri sed meo iuditio non recte.

Folio LV. inscr. i. habes integrum de C. Plinio Eulogium. quã tamẽ lapideam mensam Clarißimus uir D, Ioannes Cholerus Augustanus non extare dicit, & db id consultum uidebatur, ut quod in eius exemplari habuissemus huic suyceremus, ne lectori imponeretur preponendo quod nusquam reperiretur, sed sero hæc admonuit, Nam impresseramus, iam, quod cõperimus in Antiquitatibus Pirchameri Patritij Norimbergensis.

Folio LXVII. insc. ij. Titulo apud Camertino, lege apud Camertinos.

In eo Elogio post diebus deest .VI.

Eo: folio insc. ultima pro Calpunius lege Calpurnius.

Folio LXVIII. in insc. Vltima desyderatur M. IVVEN. Folio LXXVII. in ij. insc. pro Hersen. lege Heren.

Folio Lxxx. in iij insc. pro Valeria Valerian, & Paulo post pro Lecti, Lectist. legi debet.

Folio Lxxxij. prima insciptione pro Pimiano lege Primiano.

Folio eodem, insc. ultima pro Cõiuci Cõiugi legatur.

Folio XCVII. in Epistola D. Choleri pro quadragentorum lege quadringentorum. Mox pro homines hominib.

Folio .CI. insc. i. pro T. Nonio. T. Antonio legendum est.

Eadem ins. eodem folio pro Tabedia TAEDIA leg.

Folio .ciiij. ultimo loco post quenq̃ deest Non.

Folio CV. insc. iij. D. Cholerus ita habuit & rectius L. Pappius L. F. Pollio ij Vir. L. Pappio L. filio Fal. Patri mulsum Crustum Colonis Senuessanis & Cedianeis omnib. munus gladiatoriũ, Coenã Colonis Senuessanis & Papiẽis monumẽtũ [illegible] ex testamẽto arbitratu L. Nouercini L. F. Pub. Pollonis superioris & hæredis.

Folio CXV. loco penultimo pro nostre noscere esse debet.

Folio CXXXIX. Vltimo loco post diuiderentur desyderatur die aũt sacrato apud Eleusinam, deo Bacho, quẽ ipse coluit sacrato deæ Cereri Talaßio Quirino. Post. darentur requiruntur deo Libero Mulso & Thyrsis libent libamenta Epulon, Inde sicut soliti sunt, Manso: Fo: CL. Vltima inscript. pro fideis fidelis legendũ est. paulo post pro imperator Imperatori.

Folio CLVII.in .i. inſc. pro erercitum lege exercitum. Subſequenti pro proeligato legendum profligato.
Folio clix. ultima inſc. Ita rectius legitur, A. Quintilio A. F. Pal. Priſco .III. Vir. Iuredic. IIII. Quinq. Aed Pont. adlecto ex S.C. Pont. Præf. Fabr. Cuius ob eximiā Munificen.q̄ in Munio ſuos cōtulit Senatus ſtatuā publice ponendam in foro ubi ipſe uellet cenſuere H. D. I. R. hic ex S.C. fondos Ceponiam & Roſanum Manuan & pratum ex oſco ab R. P. Redem H S. L.XX. M. N. extimat. R. P. reddid ex quorum redditu de H S.IV. MCC. quod annis VI. Id. Mai Die natali ſuo perpet. daretur. præſent. Municip. & incol. & mulierib. nuptis, Cruſtul PL. MVLSI HEMI. & circa triclin. Decurionib. Mulſum & Cruſtul. & Sportul. HS. X.N. & in triclin. meo amplo in ſing. HS. II. N. & in ornatum ſtatuæ imag. mear RESP. PERPET. H S. XXX. IMPEND. arbit III uir Aedilium. Cura fauorabilis eſt, Si puer plebis ſine diſtinctione libertatis nucum Sparſion. MOD. XXX. & ex uini urnis VI. Potionum è miniſtration. dig. incrementis præſtiterunt.
Folio clxiiij inſc. i. Bona P. legas Bono R. P.
Folio clxv. inſ. iij. abundat .ET. ſubſequente eſt Iunonib· lege Iunoni P. Valerius.
Folio clxvi. iij. inſc. pro albico lege arabico.
Folio clxxiiij. inſc. i. inferr. lege inferri.
Folio clxxviij. in. i. inſc. Procos, abundat.
Folio clxxxiij. inſc. ultima pro ATI. lege ſeiūctim A. TI. CLAVDO.
Folio clxxxvij. ultima inſ. Saluta lege Salute.
Folio .cic. inſ. ij. poſt motum lege orientem Sarmat. cōpreßit quamuis, ibidem profecto lege præfecto.
Folio .ccij. pro Bruduſium lege Brunduſium
Folio .ccv. in i. inſ. Patria leg. Parthia.
Folio ccxv. in titu. ij. inſc. pro duo lege duorum.
Folio ccxxvij. inſ. ultima pro Vehitio habetur alias Ventio.
Folio ccxxviij. inſ. ij. intee lege inter.
Folio ccxxix. inſ. ultima pro Con lege Coh:
Folio ccxxxxi. in ij. inſc. Seruanit lege Seruauit.
Folio cclxij. in primo uerſu pro calcet lege calet.
Folio eodem inſ. penultima pro oliarum lege ollarum Vltimo inſcripſionem lege inſcriptionem qnia lege quia.
Folio cclxxiij. inſ. ultima pro arte erant tuti legendum arbitror Ante erant uti.
Folio cclxxxvij. inſ. prima eſt corruptißima, ſub imagine Iſidis quam tu ita legito M.D.M.I. ET ATTINIS L: Cornelius Scipio oreitus V.C. Augur. Taurobolium ſiue Criobolium fecit die .iiij. Kal. Mart Tuſco & Anullino Coss.
Folio eod: loco ultimo Sua de re, lege cōiunctim Suadere.

DOCTO ET EXIMIO VIRO BARTHOLO-

lomeo Amantio, bonarum literarum professori Ingolstadij amico charißimo. S. P. D.



CCEPI LITERAS TVAS AMANTI E quibus cognoui Apianum nostrum, & te quædam uetustatis monimenta in manibus habere. Ego uero & si cuiusmodi illa sint intelligere non sanè potui, cum tabellarius D. Eccij necdum uenerit, quod ego sciam, tamen ardeo cupiditate quadam operis illius uestri. Spero enim illud eximium quiddam fore. Quo libentius mitterem, si quid esset penes me, unde ad ea, quæ uobis haud dubie à copioso & magnifico uiro Raymundo Fuggero suppeditata sunt, copiosißime accesßio fieri posset. Sed quid faciam, cum ignorem & cuiusnam generis sint illa monimenta, & quænam præterea desideretis? illud tamen te fugere nolome præter effigies certorum Imperatorum nihil plane habere, in quo illa sit uetustatis dignitas. Bella enim me antea ex his Italiæ locis ubi copia est illarum rerum, quàm eas parare mihi potuerim, extruserunt. Germaniam autem nostram inopem esse illarum, præsertim in hac nostra illius regione, ipse optimus es testis. Quanquam igitur hoc tempore nec è supellectile mea quicquam nec scriptũ illud, quod significationem daret mei de opera uestra atq; industria iudicij, cum nescirem qua de re illud facundũ esset, mittere potui, hasce tamen literas testeis uel expectationis meæ, uel sententiæ dandas ad te putaui. Sic autem habeto, quia animaduerto cognitionem antiquitatis non solum aptam esse ad delectationem, sed etiam excitare ad inuestiganda ea, quæ prudentiam hominum acuere possunt, me prorsus existimare, cum opus uestrum talẽ quandam cognitionem sit allaturum, utile id cum primis, & dignum in quo operam ponatis futurum. Ipsum uero Raymundum Fuggerum exquisito laudis genere ornandum censeo, quod is non dubitat ista sua liberalitate cum bene mereri de nobis omnibus, tum documentum dare, quo homines copiosi conferre debeant diuitias suas. Hæc ferè sunt, quæ putaui rescribenda esse tibi, ut inde cognosceres & institutum uestrum mihi probari & literas tuas per gratas fuisse. Quo minus opus fuit te illa ueluti purgatione initio epistolæ uti. Quin ita tibi persuadeas uelim quibuscum mihi communia sunt studia, eos à me amari, & tu quidem ab amore nostro esse seiunctus non poßis, & eo quidem minus, quod auditor fueris Mosellani nostri magistri de nobis optime meriti. Apianum nostrum meis uerbis saluta. Vale. Citij in Nonas Martij, Anno M. D. XXXIII.

Iulius Pflug Eques Misnensis,
Præpositus Citij.

ANDREAS OSIANDER.

Multa quidem fateor, ueterum monumenta uirorum
　In tenebris squalido disperiere situ.
Multa quoq; absumpsit rabidi uesania belli
　Ignis edax sacras, dum populatur, opes.
Multa superstitio extinxit, quæ dedita uentri,
　Delitijs abolet, noxia quæq;, suis
Barbarici nocuit multis audacia secli
　Non intellectos, dum pudet esse, libros.
E quibus ut nitidis uiuax sapientia gemmis.
　Fulgorem proprij luminis exeruit.
Magnaq; iam stud ijs afferrent commoda rectis.
　Extarent nostris si modo temporibus.
Nunc dolet heu pulchros ueterum perijsse labores
　Quos suus ijs peperit posteritatis amor.
Sed tamen ætherei cauit pia cura parentis.
　Ne pereant tanti semina cuncta boni.
Namq; ea per uastum uoluit dispergier orbem,
　Condiq; in uarijs optima quæq; libris
Atq; aliqua obscuri cælant fragmenta sepulchri
　Et quondam celebris, obruta saxa loci.
Multa docent imis effossa nomismata terris
　Et statuæ, uiuos quæ referunt homines.
Non, etiam sollers, nulla experientia nobis
　Restituet doctis maxima cura uiris
Scilicet humanam uoluit sic ludere mentem
　Ne turpi tradat se male desidiæ.
Quare age supremo, caue ne indignere tonanti
　Δίσκολα quod noluit omnibus esse καλά
Quin potius meritas doctis, persoluere grates
　Mixtas laude uiris lector amice uelis
Qui tibi cuncta suo donant collecta labore
　Eruere ingenijs quæ potuere suis.
Sic fiet subito nisi me sententia fallit.
　Pluribus ut libeat, hoc iter ingredier.

LECTORI SALVTEM.

VT veterũ monumēta nõ vbiq; integre cõscripta legere posis, En damus nũc tibi Lector candidissime in ea interpretamenta, quæ partim ex probatissimis autoribus excerpta partim etiã per nos adiuncta sunt, nõ citra delectũ, in quibus si quid temere aũt parũ rebus cõueniens factum videbitur, memineris id quoq; alios pro voluntate fecisse, sed non diffidimus hanc nostram sedulitatem & laborem, quem in conquirendo insumpsimus te boni æqui ꝑ consulturum. Vale.

ABBREVIATIONES VETVSTORVM MONVMENTORVM IN ORDINEM ALPHABETICVM DIGESTAE.

A A

A.	Aulus.
AVG.	Augustus vel Augur
AA.	Augusta
AA.	Augustalis.
AVR.	Aurelius.
AG.	Agit
AC.	Actio
ACON.	Actionem
AM.	Amicus
AM. N.	Amicus noster
AVC.	Auctoritas
A.	Aut vel Ager
AT.	Autem
AN.M.	Actionem mandat
AP.	Apud
APP.	Appellat
ACC.	Acceperat, Acceptat.
ADI.	Adiutor
ADI. P.	Adiutor ꝓuinciæ vel patriæ vel populi.
AD. L.	Ad locum
AD. F.	Ad finem.
AD.E.	Ad exactorem
AB. V. C.	Ab vrbe condita
A.A.A.F.F.	Aere argento auro, flando ferundo vel flauo feriunto.
AED.	Aedes
AD.E.	Adesse
A.L. E.	Arbitrium litis estimandæ
A.D.P.	Ante diem pridie.
A.A.L.M.	Apud agrum locum monumenti
A.P.R. C.	Anno post Romam conditam
AG.	Agrum

AEDIL. CVR.	Aedilis Curulis
AEDIL. PL.	Aedilis plebis
ADIAB.	Adiabenicus
A. P. Q.	Auli publii quinti
A. A. *	Apud agrum. *
APP.	Appius
AN.	Annorum
A.	Auus
ANT.	Ante. vel Antea: vel Anton us
A. N.	Ante noctem
A. X.	Annis decem
ANT. T. C.	Ante terminum constit.tum
A. B.	Alia Bona
A. B. V.	A bono viro
ABS. *	Absolu.us.
A. L.	Alia lex *
AER. COL.	Aere collato
AER.	Aerarium.
AVGG.	Augustis.
AM. P.	Amabilis persona
A. O.	Alii omnes *
AP. IVD.	Apud Iudæam
AEQ. P.	Aequalis persona
ARM. P.	Arma publica
A. T.	A tergo
ATQ.	Atque
AER. P. *	Aere publico.
A. A. A.	Auro argento ære.
ADP. vel ADOP.	Adoptiuus
A. CVB. AVGG.	A cubiculo Augustorum

B

B.	Bonus vel Brutus
BR.	Bonorum
B. R.	Bonorum rector
B. F. *	Bona fide vel fortuna, vel Bona filia
BF.	Beneficium
B. F.	Bonum factum
B. F. C.	Bona fide contractum
B. M.	Bonæ memoriæ
B. M.	Bene merenti.
B.	Balbius vel Balbus
B. A.	Bonam actionem
B. P.	Bona possesio, vel Bonoꝝ possessor.
B. M. F.	Bene merite fecit.
B. M. P.	Bene merenti posuit

B.P.	Bonum publicum, vel bona paterna
B. F.	Bene fecit
B. AV.	Bonis Auſpiciis vel bonis auibus
B. V.	Bonus vir
B. F.	Bona fœmina
A. R. P. N.	Bono Reipub. nato.
B. F. P. *	Bonæ fidei poſſeſſor
B. C.	Bonum conceſſum
B. D.	Bonum datum
B. GR.	Bona gratia
B. H.	Bonus homo, Bona hereditaria
B. I.	Bonum Iudicium
B. I. I. *	Boni Iudicis Iudicium
B. L.	Bona lex
B. N.	Bona noſtra
B. O.	Bene optime
B. V.	Bene vixit
B. Q.	Bona quæſita. *
B. S. *	Bene ſatiſfecit
B. T.	Bonorum tutor
BRIT.	Britannicus
B. V. V.	Balnea vina venus
BB.	Bonorum

C C

C.	Caius
CL.	Claudius
C M.	Comis *
CN.	CNeus
COR.	Cornelius
CAES.	Cæſar
CAES. AVG.	Cæſar Auguſtus
C. S.	Conſulum ſententia
CR. *	Contractum
C. CR.	Contrarium Contractum
Ↄ.	Caia vel Con
ↃↃ.	Controuerſia
CC.	Circum
CA.	Cauſſa
C. M.	Cauſſa mortis *
C. M. /	Caius Marius
C. R. C. *	Cuius rei cauſſa
C. R. C. P.	Cuius rei cauſſa promittis
COS.	Conſul
COSS.	Conſules
C. R.	Ciuis Romanus

CON.	Conſularis
C. L.	Cai Libertus
COL.	Colonia, Coloniæ
COL.	Coloni
COLL.	Collegæ
C. E. C. *	Coloni eius Coloniæ
CR.	Creticus
CONS.	Conſiliarius
CN. ARR.	Cnæus Arrius
C. C.	Conſilium cœpit vel ceſs&
C. C.	Cauſſa cognita
C. C.	Cauſſa commiſſa
C. V.	Centum virum ; viri
C. V.	Clariſs. vir.
COM. OB.	Comicia obdriaca
CEN. A. *	Cenſoris arbitratu
COH.	Cohors
COS. DES.	Conſul deſignatus
COSS. DESIG.	Conſules deſignati
C. F.	Cai filius
CR.	Criſpus
Ɔ. ⅃. K.	Caia liberta Cariſs.
C. ⅃.	Caius libertus
CVR. *	Curionum
Ɔ L. CONLIB.	Conlibertus. ta.
Ɔ L. CENT.	Centuria, Centurionum
CENTV.	Centuriones
COS. III.	Conſul tertium, tertio
CONTV.	Contubernalis.
CO. vel CONIVG.	Coniugii.
CN. L. *	Cnæi libertus
C. O.	Ciuitas omnis
C. P.	Ciuis publicus
CAR.	Cariſsimus
C. N.	Ciuis noſter
CVL.	Cultores
CONIV.	Coniunxit
CON. SEN. EQ. ORD. P. Q. R.	Conſenſu ſenatus Equeſtris ordinis populiq; Romani.
CEN. PER.	Cenſor perpetuus
CA. vel CAM.	Camillus
COL.	Collega
C. B.	Commune bonum
C. C. C.	Cenſa ciuium capita
C. H.	Cuſtos hæredum

C.I.C.	Caius Iulius Cæsar
C.M.	Cessit melioribus
CIPP.	Cippus

D D

D.	Diuus, Decius
D.	Dedicauit. Deuotus
D. vel Ɑ.	Diua
DEST.	Destinatio
DD.	Dedicauerunt
D.PP.	Deo perpetuo
D.P.	Diis penatib. Diuus Pius
D. *	Deuotus
D.D.	Deo dicauit
D.D.	Dotis dictio
D.D.	Diis dantibus
D.D.	Dono dedit
D.D.	Decreto decurionum
D.D.D.	Datus decreto decurionum
D.D.D.	Decreto decuriones dederunt.
D.D.D.	Dono decurio dedit
D.D.D. *	Dono dedere
D.D.D.D.	Dignum deo donum donauit vel dicauit.
DEC.	Decius
D.V.	Deuotus vir: vester
D.V.	Diis volentibus
DOT.	Dotem
D.P.	Dotem petit. Diis paternis
D.P.	Diuus Pius
D.F.	Dotem fecit
D.M. *	Dolum malum
D.M.	Donum malum. Dubium malum
D.M.	Domus mortui.
D.M.	Diis manibus
D.M.S.	Diis manibus sacrum
D.D.	Deo domestico.
D.T.	Dumtaxat
DN.	Dominus
DNN.	Dominis
DL. *	Delego.
DF.	Defunctus
DIL. *	Dilectissimus.
DVL.	Dulcissimus.
D.Q.R.	De qua re.
D.Q.S.	De quo supra
D.Q.S.	Die quo supra
D.C.S.	De Consulum sententia

DIG. M.	Dignus memoria
D. PEC. R.	De pecuniis repetundis
D. T. S. P.	Diem tertium siue perendie
D. L. S.	Diis laribus sacrum
DR.	Drusus
D. N.	Domino nostro
D D NN.	Dominis nostris
DICT. *	Dictator
D M. AE.	Deo magno æterno
DIL. S.	Dilectissimus seruus
DEC. DEC.	Decem decani
DEC. DEC.	Decreto decurionũ, vel decem decuriones
DES.	Designatus. designat
D. P. S.	Deo posuit sibi
D. L.	Dat laudes
D. D. L. M.	Dono dedit libero munere
D. C vel CAES. *	Diuus Cæsar
D. Q.	Diisq;
D. L. D. P.	Diis locum dedit publice
DVC. DVC.	Ducum ductore vel ducum ductio
D. IMM. S.	Diis immortalibus sacrum
D. I. M.	Diis inferis maledic.
D. V.	Deuotus vestæ vel Dies quintus
D. AVG.	Diuo Augusto
D. C. A.	Diuus Cæsar Augustus
DOMIC. COS. XIII. LVD. SACR. vel SAE. F. C.	Domicius Consul decimũ tertium ludos sacros vel sæculares faciundos curauit.
DAT.	Datico
D. M. F. V. C.	Dolo malo, fraudisue caussa.
D. D. S. *	Diis Deabus sacrum
D. G.	Dedit gratis
D. H.	Donauit hæredib⁹ vel dono habuit.
D. I.	Diis immortalibus, vel Dari iussit.
D. L.	Donauit locum
D. O.	Diis omnibus
D. O.	Deo optimo
D. N.	Dominus noster

E

E.	Est
EE.	Esse
ER.	Erit, Erunt *
E⁹ vel E.	Eius
EM.	Eiusmodi
E. N.	Etiam nunc
EG.	AEger

EPI.EP.	Epistola
EP.M.	Epistolam misit
EQ.R. *	Eques Romanus
EX.R.	Exactis Regibus
EOR.	Eorum
E. B.	Eius Bona
E.D.	Eius domus
E.E.	Eius ætas
E.F. vel FIL.	Eius filius
E.H.	Eius hæres
E.L.	Aedita lex
EMP.	Emptor
EQ. P.	Equus publicus
EQ. OR.	Equestris ordinis
EX. DO. AVG.	Ex domo, vel Dono Augusti
E. F.	Eius fecit
EQ. M. SP. POM.	Equitũ magister Spurius Pompeianus.

F * F

F. vel FIL.	Filius
F. vel Ⅎ.	Filia *
F. FA. vel FF.	Filius familias
F S.	Fratres
FR. F.	Fratres filius
FOR.	Forte, forum, fortuna, fortunata
FOR. I.	Forum Iulium
FR: FOR. L. *	Forum Liuium
F. F. F.	Fortior fortuna fato; vel Fortius fortuna fatum
F. M.	Fati munus, vel Fieri mandauit
F. M. I.	Fati munus impleuit
F. C.	Fidei commissum, vel Fiduciæ caussa, vel Fraude creditoris
F. F. *	Fecerunt, fundauerunt
F. F.	Fabrefactura, fabricauerunt
F. F.	Fabrefactum
F. E. D.	Factum esse dicitur.
F. V. C.	Fraudis ve caussa
F. R.	Fronte.
F. L.	Flauius. Flauia
FLAM. *	Flaminius *
FAB.	Fabius
F. H.	Filius hæres
FL.	Flaminia
FAC. C.	Faciundum curauit
F. D.	Fides data

F. E.	Fides eius
F. I.	Fieri iussit
F. N.	Fides nostra.
F. S.	Forum Sempronii
F. N. C.	Fidei nostræ cõmisit vel cõmissum.
FVNC.	Functus
FI. FIL.	Filius
FID.	Fides

ꟻ. Filia Hanc literam F. ad sinistram partem cõuersam, sic ꟻ. sepius reperies. Et pro v. sic versa legitur (vt Tortellius notat) in multis dictionibus, vt SERꟻVS pro seruus, DAꟻVS pro dauus, & ꟻVLGVS pro Vulgus, & ꟻIXIT pro vixit.

FAC.	Facti
FOR. RED.	Fortunæ reduci
F. vel FEB.	Februarius
F. F. F.	Ferro, flamma, fame:
F. F.	Flando ferendo.
F. F.	Fidem facit
F. F. F.	Flauii filius fecit

G G

G.	Gaudium, Genius.
GR.	Gratis, Gerit
G. R.	Genus rerum: Regium
GG.	Gesserunt.
GL.	Gloria
GL. P.	Gloria parentum
GL. P.	Gloria patriæ populi
GL. E. R.	Gloria exercitus Romani
G. S.	Genio sacrum
G. AVG.	Genio Augusti
GL. N. L.	Gloria nominis Latini
GER.	Germanicus
GRAC.	Graceus
GR. D.	Gratis dedit
GEL.	Gellius.

H H

H.	Honor, Honestas
H.	Hora, Hoc, Heres
H.	Hereditas, Hic.
H. V.	Honestus vir.
H. V.	Honesta vita.
H. F.	Honesta fœmina
H. M. vel W.	Honesta mulier
H. L.	Honesto loco
H. L. N.	Honesto loco natus

H.H.	Homo honestus
H.B.	Hora bona.
H.M.	Hora mala
H.P.	Hora pessima
H.P.	Honesta persona
H.S.vel .II.	Hora secunda, sacra
H.S. *	Herculi sacrum
H.I.	Hereditario Iure.
H.I.	Heres iurauit *
HOR. VI.	Horis sex
H.	Homo
HON.	Honestus
H.P.	Hic posuit, possunt
H.S.	Hæc sit, Sic
H.F. *	Hic fundauit.
H.D.	Hic dedicauit
H.DD.	Hic dedicauerunt
H.S.V.F.M.	Hoc sibi viuens fieri mandauit
H.L.	Hic locus
HS.	Sestertium
H.M.H.E.N.S.	Hoc monumentum heredes eius non sequuntur
HADR.	Hadrianus
H.S.E.	Hic situs est
H.S.E. *	Hic sors eius
H.B.F.	Homo bonæ fidei *
H.L.D.	Hic, huic locum dedit.
H.M.P.	Hic memoriæ posuit
H.M.P.	Hoc monumentum posuit
HOS.	Hostis.
H.R.	Honesta ratio
H.R. *.	Hic requiescit
H.S.S.	Hic sepulti sunt.
H.POSS.	Hereditatis possessores
H.R.I.P.	Hic requiescit in pace
HOSS.	Hostes
H.M.AD.H.N.T.	Hoc monumentum ad hæredes non transit.
H.S.H.N.S. *	Hoc sepulchrum hæredes non sequuntur.
H.M.H.N.S.	Hoc monumentum hæredes non sequntur
H.L.H.N.S.	Hic locus hæredes non sequitur.

Nota prædicta verba. Quod hæredes non sequebantur monumentum, sed monumentum sequebatur hæredes.

I I

I.	In vel Inter
ID.	Interdum
I.	Inter. Intra.
IA.	Interea
IA. P.	Intra prouinciam
I. L.	Intra limitem
I. C.	Intra circulum
I. C.	Iulius Cæsar
I. T.	Intra tempus. Iure testamentum
I. T. C.	Intra tempus constitutum
IMP.	Imperator
IMPP.	Imperatores.
I. D.	In dimidio
I. D.	* Iuris dicendi. Iuridicundi.
I. P.	In possessione.
I. P.	Ius Pontificium.
I.L.S.	In loco sacro
I.L.D.	In loco diuino.
I.L.P.	In loco publico
I. S.	Iudicium soluit.
I.S.C.	In senatus consulto
I. S.	In senatu. Iudicium soluit
I. E.	Iudex esto
I. P.	* Iustus possessor
I. F. vel FO.	In foro.
I. FO. C.	In foro Cæsaris
I. FO. P.	In foro pacis.
I. FO. TR.	In foro Traiani
I. FO. IV. vel I.	In foro Iulii
I. FO. POP.	In foro populi
I. FO. B.	In foro Boario
I. FO. L.	In foro Liuii, Lucii.
I. FO. FLAM.	In foro flaminio, vel flauiũ vel flaminis
I. FO. POMP.	In foro Pompilii.
I. FO. P. R.	In foro pro Rostris.
I. S.	Iudicio senatus.
I. N. Q.	Iniustis nuptiis quæsitus
I. D. P.	Iuridicundo præerit vel præfuit
I. D. C.	Iuris dicendi caussa.
I. C. E. V.	Iusta caussa eius, vel esse videtur
I. D.	Inferis diis.
I. O. M. IM.	Ioui optimo maximo immortali.
IIII. V.	Quartum vir, viri
III. V.	Trium vir. & sic de alio numero
D.	Duum vir. Sic de reliquis.

IN. FR. P. VI.	In fronte pedes sex. & sic
IN. AG. P. X.	In agro pedes decem.

Hic nota. Quoniam apud antiquos sepulchrum non vniuersam terram ei sacram occupabat, solebant adnotare in ipso sepulchro ad quot pedes in frontem .i. latitudinem & iuxta viam procederet. Et rursus, ad quot pedes in agrum .i. longitudinem agri porrigeretur.

IN. F. IN. A. V. L. P. X.	Infr ntem, in agrum versus longe pedum decem.
IVNON. ET. PROSERP.	Iunoni & proserpinæ
IVD.	Iudicium.
I. H.	Iustus homo.
I. L.	Iure legis, In loco.
I. L.	Iusta lex.
I. R.	Ius Romanum
I. R.	Iuribus Romanorum *
IN. S. R. *	In senatu Romano
IAN.	Ianuarius
I. C.	Iurisconsultus
I D.	Idus
I. F.	Iulii filius
I. P.	Iusta persona
I. V.	Iustus vir.

K   K

K. vel KL.	Kalendæ
K. Q.	Kalendæ Quintiles
K. I. vel IAN.	Kalendæ Ianuarii. *
K. S.	Kalendæ sextiles
K. D. *	Capite diminutus
K. C.	Capite census
K. C.	Capite censuum vel Census.
K. C.	Carthago ciuitas.
KAR.	Carthago, Carissimus
KAR. M. vel MAX.	Cardo Maximus.
K. P.	Cardo positus
K. F.	Cardo finalis.
K.	Castra
K. P.	Castra ponit, posuit
K. D.	Castra dedicantia, dedicamus, dedicauit, dedititia.
K. vel KA. ꓘ *	Carissima
KK.	Caput, per duo Cappa, iuncta calumniæ caussa.

	L	
L.		Lucius, Lelius
L. T.		Lucius, Tatius, Titius.
L. T.		Legem tulit
L. C.		Lucius Cornelius
L. C.		Lege cauetur
L. M.		Lucius Murena.
LC. S.		Lucrum sacrum
LC. S.		Lucum sacrum
LC. D.		Lucrum diuinum
L. D.	*	Locum deditum.
L. D.		Locum dediticium.
L. EM.		Locus emptus
L. P.		Locus propitius
L. P.		Locus promptus, proprius
L. Q. S.		Locus qui supra
LA. C.		Latini Coloni
L. P.R.C.		Latini prisci ciues.
LG. D.		Legem dat. vel dedit
L. S.		Laribus sacrum
L. D. D D.		Locum diis dedicauit
L. D. D.D.		Locus vel lapis datus decreto decurionũ
L. D. A. B. M.		Locum dedit Aulus bene merenti.
L. A G.		Lex Agraria.
L. IV.		Lex Iulia.
L. VOC.		Lex Voconia.
L. CIN.	*	Lex Cinthia
LI B. vel L.		Libertus, libertas
L. L.		Lucii libertus
L. S.		Locus sacer.
L. H.		Locum hunc
L. F.		Lucii filius
L. LVC. Q. F.		Lucius Luceius Quinti filius
L. A. D.		Locus alteri datus
L. B. M. D.		Locum bene merenti dedit.
L. D. D D.		Locum dono dederunt.
L. H.		Locus heredum.
L. L.		Liuii libertus, liberta
L. M.		Locus monumenti
L. M.	*	Locus mortuorum
L. P.		Lege punitus
L. R.		Lex Romana
L. V.		Lex vetat
L. V.		Quinquaginta quinque.
L. D.		Locus diuinus.
L. S.		Locus sacer.

LG.		Legauit
L. AP.		Ludus Appollinis
L. D.D.		Libens dono dedit
L. P. D.		Locus publice datus.
LG. D.		Legio decima
L VD.		Ludi
LEG.	*	Legio
L. PVB.		Loco publico
P. PR.		Locus priuatus ; to.

M M

M		Marcus miles	*
MA.		Macuuius	
MAX.		Maximus.	
MVN.		Municipia, Municeps.	
M.E.M.		Municeps eius Municipis	
MAG. EQ.		Magister equitum	
MAG.		Magistratus	
MO. vel M.		Monumentum	
MV. M.		Mucius	
M· F.	*	Marci filius	
M. L.		Marci libertus.	
M. L.		Militis locus	
M. N.		Meo nomine.	
M. P.		Marcus Pacuuius.	
M. C.		Marcus Cicero	*
M. T.		Marcus Tullius	
M. C.		Marcus Censor	
M. MAN.		Marcus Manlius	
M. POP.		Marcus Popilius	
M. AEM.		Marcus Aemilius	
M. AVR.		Marcus Aurelius	
M. NF. L;		Manifestus locus.	
MV. F.		Mucii filius.	
W·		Mulier	
M S;		Mensibus vel Menses	
M. X.		Menses Decem	*
M. P. vel POS.		Mensam posuit	
MIL. M.		Miles.	
MM.		Milites	
M. L;		Militis locus.	
M. R.		Miles Romanus	
M. N.	*	Milia Nummorum.	
M. R.		Militiæ Rauenatis	
M. REG.		Militiæ Regiensium	
M. C.		Monumentum condidit	
M. S. P.		Memoriæ suæ posuit	

M. C.	Monumentum consecrauit.
M. B. vel B.	Mulier bona
M. V. N. T.	

N N

N.	Non vel Nonius.
N.	Noster
N. L.	Nominis Latini
N. L.	Non licet
N. K. C.	Non Calumniæ causa
NON. *	Nonarum
NOB.	Nobis. Nobilis
NOBB.	Nobilibus
N	Nummismatis. Nummus
N	Nostro, Neptuno
N. F. N.	Nobilis familiæ natus.
NOB. G.	Nobilis genere
NR.	Nero.
N. CL.	Nero Claudius
NEP. S. vel SAC.	Neptuni Sacellum
NEP. S.	Neptuno sacrum
N. MACR.	Nonius Macrinus
N F. C. *	Nostræ fidei commissum.
NQ.	Nusq̃. Nunq̃
N. H.	Notus homo
NAT.	Natalis, Natalicia
NAC.	Nactus.
NAV.	Naues
NVP.	Nuptias
NATOR.	Natorum *
NEPTVN.	Neptunalia
NEP.	Nepos
NEP. RED.	Neptuno reduci

O O

O. vel OP.	Optimo. Oportet
OP.	Opiter. Opinio
O. P.	Optimo Principi
O. P. F.	Optimo patri, patrono fecit
OPP.	Oppidum
O. M.	Optimo Maximo
O. V. F.	Omnia viuens fecit.
OP. PRIN.	Optimo Principi
OB. C. S.	Ob ciues seruatos
O. V. F.	Optimo viuenti fecit

P P

P.	Publius, pedes, passus
POP.	Popipilius, populus
P. R.	Populus Romanus
P. I. R.	Populus iure rogauit.
P. S.	Posuit sibi
P. S.	Plebiscitum.
PR.	Prætor
PRR.	Prætores
P. vel PP. C.	Patres conscripti
P. C.	Pactum conuentum, Pecunia constituta
P. P. *	Pater patriæ, Pater patratus
P. P. P.	Primus pater patriæ.
PR. S.	Prætoris sententia
P. R. E.	Post reges exactos.
PROC. vel PROCOS.	Proconsul
PONT. MAX.	Pontifex maximus
PR. VR.	Prætor vrbanus, vrbis
PR. PER.	Prætor peregrinus
PIENTISS.	Pientissimus
P. vel PRINC. I. vel IVVENT.	Principi iuuentutis
PRAEF. VIGIL.	Præfectus vigilum
PRAEF. VR.	Præfectus vrbis
PRAEF. PRAES.	Præfectus præsidii
P. F.	Publii filius, Publice fecit
P. S. F.	Publice sibi fecit
P. F.	Pius Fœlix
POT.	Potestas, potestate
PARTH.	Parthicus
P. D.	Publice dedit
PEC.	Pecunia
P. K. *	Pridie Kalendas
PQ.	Postquam
PROV.	Prouincia
POM.	Pompeius
PRS.	Præses.
PRS. P.	Præses prouinciæ
PERT.	Pertinax
P. AEL. AVG. LIB.	Publius Ælius Augusti libertus
PLE.	Plebis
P. L.	Publii libertus
PVB.	Publicius
P. S. F. C.	Publicæ saluti, vel publico vel proprio sumptu faciundum curauit.
PRSS.	Præsides

PRON.	Pronepos
PICEN.	Picenum vel Picentos

Q

Q.	Quintus, Quintius, Quæ.
Q. vel QV.	Quartus
Q. M.	Quomodo.
QVM. vel Q. V. M.	Quemadmodum
Q. S. S. S.	Quæ supra scripta sunt
Q. R. F. E. V.	Quod recte factum esse videtur.
QVAES.	Quæstor
QVAESS.	Quæstores
Q. L.	Quinti libertus
Q. N. A. N. N.	Quando neq; ais neq; negas
Q. B. F.	Quære bonum factum
Q. E. R. E.	Quando ea res erit.
Q. F.	Quinti filius
Q. L.	Quinti libertus.
Q. L. F.	Quinti Lucii filius
Q. B. M. V.	Quæ bene mecum vixit

R

R. RO. ROM.	Roma
R. P.	Res publica
REG.	Regio
RVR.	Rura, Rursus
REI. M.	Rei militaris
R. R.	Reiectis ruderibus, rurum
R. VFR.	Rerum veronensium,
R. D.	Regis domus
RET. P. XX.	Retro pedes viginti
R. L. P.	Recte legi posit
R. F. E. D.	Recte factum esse dicitur
R. R. R. F. F. F.	Regnum Romæ ruet ferro, flamma, fame
R. REG. F.	Regis filius.

S

SP.	Spurius.
SER.	Seruius, Seruilius, Sergius
SEX.	Sextus
S. C.	Senatus consultum
S. D.	Sententiam dicit
S. N. L.	Socii nominis latini
S. F. S.	Sine fraude sua
S. T. A.	Sine tutoris autoritate.

S.P.Q.R.	Senatus populusq; Romanus.
S.N.S.Q.	Si negat sacramento quærito
S.S.C.	Secundum suam caussam
S. L.	Sacrum ludum, vel sacrorum ludorum.
S. S.	Sacri scrinii
S. P.	Sacri palacii
P.C. F.E.	Senatus consultum factum est.
SS.	Sanctissimus.
SARM.	Sarmaticus
SN.	Senatus
SATVR.	Saturnalia
S.	Sacrum.
SYLL.	Sylla
S.S.	Sententia senatus;
SEP.	Septimus Septimius;
SEV.	Seuerus
ST. P.	Studium posuit.
STD.	Stadium
SEV. AVG. ARM. PARTH.	Seuerus Augustus Armeni- cus, Parthicus.

T T

T.	Titus
TI.	Tiberius.
TVL.	Tullius
T. A.	Tutore auctore.
TR. P.	Tribunus plebis
TR. M.	Tribuni militum.
TR. AER.	Tribuni ærarii.
TR. POT.	Tribunitia potestate
TR. CEL.	Tribuni celerum
TR. V. MON.	Trium viri Monetales
TR. V. CAP.	Trium viri Capitales
T. F.	Titi filius. Titus flauius.
T.B. vel TP.B.	Tempus bonum
TM.DD.	Terminum dedicauit vel dedicant
TM.DD.	Termæ dedicatæ.
TAB.	Tabulas
TIB.D.F.M.	Tibi dulci filio meo.
T. FL.	Titus flauius.
T.C.	Testamento cauetur
TAR.	Tarquinius.
TER.	Terentius
T. L.	Titus Liuius vel Titi libertus;
TR.LEG.II.	Tribunus legionis secundæ.
T.V.	Titulo vsus.

T.P.	Titulum posuit
TRANS. PAD.	Transpadum, vel rranspadana
TRANS. AM.	Ttans amnem
TVT.	Tutela
T.S.F.I.	Testamento suo fieri iussit
T.F.I.H.F.C.	Testamento fieri iussit hæredes faciundum cur.

V V

V.R.	Vrbs Romana
V.A.	Veterano asignatum
V.F.	Vir fortis, Viuens fecit, Vale fœliciter
V.F. vel FR.	Vsufructus
V.B.A.	Viri boni arbitratu
V.P.R.	Veteri possessori redditum
VAT.	Vates
V. PRAE.	Vir prætorius
V.P.	Vrbis præfectus, vel vir prudens, viuens posuit
V DICT.	Vir dictatorius
VI. VIR.	Sextum vir.
V.S.L.M.	Viuens sibi locum monumenti.
V.S.	Viuens statuit
VAL.	Valerius
V.B.F.	Vir bonæ fidei.
V.C.	Vir clarissimus
V.C.	Vir consularis
V.E.	Verum etiam
V.I.	Vir iustus.
VRB.C.	Vrbis conditæ.
VICT.	Victores
V. D.	Viuus dedit, dedicauit.
V. AET.	Virtus æterna
V. VRB.	Vir vrbanus
V.A.XII.M.II.D. III.	Vixit Annis duodecim, Mensibus duobus, diebus tribus
V.S.P.	Viuens sibi posuit
VOTIS.XX.	Votis vicenalibet.
VOTIS. XXX.	Tricenalibet, per quod iudicantur anni Imperii 7c.

X X

X. VIR.	Decem vir.
X. V.	Decem viri
X.P.	Decem pondera

NOTAE NVMERORVM.

D.	Quingenta
M.	Mille
II.	Duo milia.
III.	Tria milia
V. vel ꝙ, vel IↃↃ	Quinq; milia.
X. CCIↃↃ.	Decem milia
L. IↃↃↃ.	Quinquaginta milia.
C. CCCIↃↃↃ.	Centum milia.
M.	Mille milia.
DCC.	Septingenta.

PONDERVM NOTAE.

Ł	As.
ŁŁ	Dipondius.
HS	Sestertius.
*	Denarius.

PONDERVM NOTAE PRISCIANI.

S	Semis alicuius rei notatur.
Ł	As. Nummus est liberalis.
ŁŁ	Dipondius nummus est.
ŁŁS	Sextertius nummus duarum semis librarum.
*	Denarius decem librarum nummus.

LITERAE SINGVLARES IN IVRE CIVILI DE LEGIBVS ET PLEBISCITIS.

P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. (A. D. P.	Populum iure rogauit, populusq; iure suscepit in foro pro rostris ex ante diem pridie.
E. H. O. L. N. R.	Eius hac omnibus lege nihilum rogatur.
S. R. L. R. E. C. Q. O. R. E.	Si rem lex, Rex eius caussaq; omnium rerum esto.

S. N. L.	Socii nominis Latini
L.P.C.R.	Latini prisci, Ciuis Romanus
M.E,M.D.D.E.	Municipis eius Municipii dare domus esto.
C.E.C.	Colonis eius Coloniæ.
Q.E.R.F.E.D.	Quod eius recte factum esse dicitur.
L.I.D.A.C.	Lex Iulia de adulteriis coërcendis.
V.D.P.R.L.P.	Vnde de plano recte legi posſit.
A.A.A.F.F.	Aere argento auro flando ferundo.
I. N. Q. Q.	Iustis nuptiis, quæsita quæsitus, vel sic, Iustus nuptus, quæsitos quæsitus.
S.Q.S.S.E.Q.N.I.S.R.E.H.L. (N.R.	Si quis sacri sancti est, quæ non iure sit rogatum eius hac lege nihil rogatur.
V.P.R.	Veteri possessori redditum.
V. A.	Veterano aſsignatum.
V. F.	Vsus fructus.
S. C.	Senatus consultum.

CHARACTERES DE PLEBISCITIS.

Q.E.D.R.F.P.D.E.R.V.I.C.	Quod ea de re fieri placere de ea re vniuersi ita censuerunt.
D.C.S.	De consiliis sententia
S.F.S.	Sine fraude sua

S.Q.M.D.E.R.A.P.P.V.L.O.E.C.O.S.P.R.T.R.P.L.Q.N.S.Q.E.V.A. P.P.V.F. Si quid me de ea re ad populum plebemúe lati opus est Cõsules, Praetores, tribuni plebis, qui nũc sunt, quod eis videbitur ad populũ plebemúe feratur.

IN LEGIBVS ET SANCTIONIBVS.

A.T.M.D.O.	Aio te mihi dare oportere
Q.N.A.Q.N.	Quando ais neq; negas
Q.N.T.S.Q.P.	Quando negas, te sacramento quingenario prouoco.
E.I.M.C.V.	Ex iure manu consertum vocarit.
S.N.S.Q.	Si negat Sacramento quærito.
S.S.C.S.D.E.T.V.	Secundum suam caussam sicut dixi ecce tibi vindicta.
Q.I.I.T.C.P.A.F.A.	Quando in Iure te conspicio postula an fiat auctor.
T.I.A.V.P.V.D.	Tempore Iudicem arbitremúe postulat (vt def.
I.D.T.S.P.	In diem tertium siue perendinum.
A.L.E.	Arbitrium liti æstimant.
Q.B.F.	Quare bonum factum.

IN EDICTIS PERPETVIS HAEC.

I.D.P.E.	Iuri dicundo præerit
I.D.C.	Iuris dicundi caussa.
Q.R.F.E.V.	Quod recte factum esse videbitur
V.B.A.	Viri boni arbitratu.
D.M.F.V.C.	Doli mali fraudisue caussa.
I.D.I.D.	Iudicium dabo, Iurisdictio.

Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. P. D. T. D. D. P. F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo testisq; publice dumtaxat decem denunciandi potestatem facit.

Q.S.S.S.	Quæ supra scripta sunt
I.C.E.V.	Iusta caussa esse videbitur
N.K.C.	Non calumniæ caussa
C.C.	Consilium cœpit.
.P.	Caussa cognita vel commissa
F.C.	Fraudare creditores, vel fiduciæ caussa, vel fidei commissum.
P. C.	Patres conscripti, vel pactum conuentum, vel pecunia constituta.
C.V.	Centum viri. Clariss. viri.
S.T.A.	Sine tutoris autoritate
F.E.D.	Factum esse dicit.
H.S.	Hæc sic, vel hora secunda
Q.A.M.	Quemadmodum.
Q. M.	Quomodo. Quo magis
P.P.L.I.	Pro prædictæ litis iudiciis.
I.S.	Iudicium solui.

FINIS.




VETVS EST AC CELEBRE ADMODVM PROVERBIVM, Principium dimidium totius, quo significatũ ab antiquis vt Hesiodo, atq; aliis probatissimis autoribus esse legimus, maximam difficultatis partem in aggrediundo negocio sitam esse. Neq; dubitatum est doctissimis, Veluti Diuino Platoni, Arestoteli, Philosophorum facile Corypheis, id quod recte incœptum sit, ab omnibus iure merito laudibus prouehendum esse, videri enim plus, quam dimidium, imò initium bene factum non dimidium totius, sed ipsum insolidum totum esse confirmarunt, tanti refert vnamquamq; rem prudenter & auspicato exordiri. Quapropter & finem bonum item fore probabile est negocii eius, cuius initium bene cœptum vt Sophocles Tragicus Poëta grauissime inquit. Hoc nos secuti, arbitrati sumus neũtiquam labores subterfugiendos esse, ex quibus præsertim plurimum emolumenti possit proficisci lectori sedulo, atq; si à nobis intermissum foret, nauseam ac fastidium fortassis peperisset. Quid enim tam molestum aut iniquum contingere queat, quam initiis non quamprimum recte consulere, quibus melius medetur, quàm fini vt refert Suidas? Recte itaq; Persius Satyricus admonuit, Elleborum frustra, quum iam cutis ægra tumebit poscentes videas, venienti occurrite morbo, Atq; ibidem omittere non potui, quod Ouidius venustissimus Poëta ait, Sero medicina paratur, Cũ mala per longas inualuere moras. Putaui itaq; mearum esse partium, candide lector, statim omnem molestiam tibi tollere, & optimum ac longe facillimum quærendarum antiquitatum modum præscribere, suspicatus hunc librum fore eò gratiorem, ac iucundiorem, si in inuestigando nullum laborem adhiberes, & in limine quasi quo folio, & qua facie vnumquodq; monumentum sacro sanctæ vetustatis appareret positum. Neq; me Hercule id citra magnum negocium expediuimus, vt tu ipse coniicere potes, nam Antiquitates quas hoc libro certo ordine impressimus, apud alios ita præpostere ac peruerse positas inuenimus, vt quæ in Cycladibus vel in Tracia erant inuentæ, cum Romanis aut Hispanicis promiscue iungerentur. Collegimus itaq; qua diligentia & iuxtà sedulitate licuit, nec vlli labori pepercimus, quo in iustum & rectum ordinem redigerētur. Atq; non præter delectum id fecimus, aut sine certo consilio, vt præponeremus Europam reliquis mundi partibus veluti dignissimam & merito anteferendam, Cuius prima pars selecta est Hispania, quod vt faceremus, adhortata sunt plurima vt Geographiæ ratio, quæ hic maxime consideranda nobis esse videbatur, & alia, quæ hic breuitatis caussa omittimus, tum hoc potissimum, Quod totius Imperii caput illhic habemus, videlicet inuictissimum, fœlicissimum, piissimum Carolum Quintum Romanum Imperatorem, cuius admiranda pietas fœlicitas ac Clementia vti est prima & maxima: ita & venerandas Antiquitates ab Hispania, quæ hunc optimum αὐτοκράτορα, habet, auspicandas iure censuimus, & hoc nostrum consilium laudatum iri nihil dubito, improbare certe nemo bonus potest, sed de his satis. Hispanicis statim subiunximus Gallicas, quaq; quidem paucas admodũ habere potuimus, sed spero fore nõnullos, qui nostro hoc opere edito ac perlecto inuitati, totis viribus eruere conentur, quæ in vetustis apud illos marmoribus sunt sculpta, habet enim nunc Gallia miros, vt audio, antiquarios & quibus nullæ impensæ nimis magnæ videantur monumentis vetustatis restituendis. Post Gallias proximum locum sibi vendicat Germania cuius partes ægregie diuisas in indice paulo ante habes in qua, quicquid est vetustatis .i. Epitaphiorum, Elogiorum, & similium in hunc librum rite congessimus, Et nunq̃ antea visa esse alicui certo scimus exceptis illis monumentis, quæ clarissimus Iureconsultus Conradus Peütinger Augustanus. Antiquitatũ explorator accuratissimus ob illustrandam Augustam Vindelicorũ excudi q̃ diligentissime curauit, quibus & nos te non priuare voluimus partim vt diligentia tam præstantis viri in hoc opere nostro clarius appareret & laudibus dignis

ferretur, partim vt ex vetuſtis illis Auguſtanæ vrbis inſcriptionibus manifeſtum foret,
quam hæc multis ante ſæculis eſſet conſtructa, addemus & Maguntinenſes, quæ aliquot
ante annos typis ſunt excuſæ, vt vno ſimul labore omnia, quæ haberi potuerunt & con-
quiri, tu nobiſcum poſsideres & frueretis delectatione, qua decet. Ab iis locum obtinere
Italicas Antiquitates voluimus, non quod ignoremus Romanas editas eſſe iam pridem,
nam & nos habemus, ſed hic non animus eſt denuo imprimere. non enim dubium eſt
haſce eſſe q̃plurimis in manibus, & vix duo volumina ſufficerent, ſi ſimul omnes cō-
iungere conſtituiſſemus, Verum ne & hic quicq̃ à nobis deſideretur, viſum eſt optima
quæuis & lectu dignisſima, ac iucundisſima deſumere, & in hunc noſtrū librum cōiicere,
quibus accedent Antiquitates, Patauinæ, Capuanæ, Neapolitanæ, Hetruſcæ, Longo-
bardicæ, Foroiulienſes, & aliæ, de quibus in indice habes priore, quæ ſcio te maxime ob-
lectabunt. Ab iis in Secundū locū, quo ad partiū mundi diuiſionem ſpectat, cōtulimus eas
Antiquitates, quæ ſunt in Africa. Tertiū deſumpſit Aſia, in quib⁹ quicqd potuimus ha-
bere, ſedulo huc appoſuimus. Vltimum locum tribuimus imaginibus veterrimis, quæ
nō paruo diſpendio à Magnifico domino Remundo Fuggero, vetuſtatis maximo ama-
tore & huius libri edendi vnico autore, præterea à Doctiſs· viro Bilibaldo Pirckhamero
Norimbergēſi patricio ſunt cōgeſtæ, & lōgiſsime accerſitæ, ita, lector optime, habes om-
nia, quæ te in initio ſcire volui. Rogo vt hunc meū laborē & diligentiā ſumma comitate
cōplectaris, vt nullius moleſtiæ quā in hoc libro edito præſtiti, pigeat. hanc quoq; gratiā
à me in tuis omnibus rebus aut proditis aut prodendis te expectare iubeo, & ſi quid à me
peccatum fuerit, vel quid melius fieri potuit, ne ſuccenſeas, nam properandum hoc in
negocio fuit, vt funiculum fugerem miniatum, quod habet prouerbium. propterea nec
vbiq; officio meo fungi licuit, ne in mulctam inciderem, Vel male audirem apud eos,
quibus librum hunc me in breui temporis ſpacio proditurum promiſeram, fide enim
nihil mihi charius aut maius eſſe debuit, ſed nimis verboſus videor, ac etiam pudenti-
uſculus, cum ſciam omnia noſtra tibi placitura ex animo, nec ob vllas leues offenſas to-
tum librum diſpliciturum, tam grandibus præſertim impenſis, adde & nō dicendo labore
comportatum, taceo delectationem quam maximam inde auferes, Cū ad priora ſæcula
multo noſtris meliora ac magis grata reuocatus fueris, in iis enim aliam faciem intue-
beris q̃ noſtrorum temporum, quorum calamitates ac vitia nullius eloquentia explicare
certo poſſet, etiam ſi Pericles aliquis ab inferis nobis reſurgat, vel Cicero eloquentiæ
princeps reuiuiſcat, neq; tamen finem aliquem fore videmus, ſed longius diuagor, q̃
licet, ad inſtitutum redeo, Vtilitatem maximam parabis tibi iis legendis, nihil. n. hic eſt
non viuū & graue, nō verbum collocatū, quod non energiam habeat aliquam, aut effi-
catiam, ſed quid diutius te diſtineo, cū hæc ipſe calleas, Ignoſce Lector & Vale.

ANTIQVITATES EVROPAE.

LECTORI. S. D.



CCVRRIT NOBIS COMMODVM MONVMENtum Gaditanũ, quod eximius vir Cyriacus Anconitanus repperit, qui non absq; magnis molestiis longissimorum itinerum faciendorum quascumq; inscriptiones vetustas, quoad licuit, descripsit, Neq; tamen suis impensis hoc peregit, Sed Nicolaus Quintus Pontifex Maximus cum incredibili antiquitatis explorandæ ardore flagrans tum & bonorum librorum comparandorum desiderio sumptus ad hunc laborem conficiendum q̃ magnificentissime suppeditauit, tantæ tum curæ maximis etiam viris optimi authores & sacrosancta vetustas fuit. Sed vt ad institutum redeam, scribit Aelianus apud Gades Insulam, quæ Græcis Gadera appellatur, plurima esse monumenta Græcorum & inprimis Atheniensiũ, qui ea loca adierunt, atq; inter reliqua duas esse Aras, alteram esse Anno, alteram Mensi, vt longiori; & breuiori tempori dicatam. Præterea templum senectuti, quod maxime ætatem, vtpote magistram rerum venerentur. Sed & paupertati & fortunæ sacra etiam constituere solitos ait, vt per hæc altera placetur, altera .i. fortuna paupertati remedium obueniat. Scribunt & alii Herculis Templum ibi votissimum fuisse, vbi & Annibal anteq̃ Alpes transcenderet, profectionem vouerit & Lucullus decimas rer; suarũ dederit. Hæc te Lector scire volui, ne videremur rẽ tam sacram illotis (vt aiunt) manibus aggredi, Dii nostrũ hunc conatum fortunent, vt & illis ac hominibus approbantibus ad finem deducere liceat. Valé.

INSCRIPTIONES HISPANIAE.

Ad extremum orbis apud Gades per Kiriacum Anconitanum repertum.

D: M: S:

SI LVBET LEGITO.

HELIODORVS INSANVS CARTAGINENSIS AD EXTREMVM ORBIS SARCOPHAGO TESTAMENTO ME HIC IVSSI CON-

DIER VT VIDEREM SI QVISPIAM ME VNQVAM INSANIOR AD ME VISENDVM AD HAEC VSQ. LOCA PENETRAVERIT.

¶ Tarraconæ vrbe Hispaniæ, quod ædificium Scipionis fuit, vrbs Cocetanorum in marmore hæc.

PIIS. FORTISS. FELICI DN. CONSTANTINO MAX. VICTORI SEMPER AVG. BADIVS MACRINVS V. P.P.P. HIS. TARRAC.

¶ Valentinus Morauus D. Hieronymo Monetario Nurenbergeñ. Anno à natiuitate Dñi 1505. nona vero die Augusti, regnante Emanuele Rege excellentiss. Portugalliæ Regni autem sui anno 13. in vltimis suæ vlterioris Hispaniæ finibus, versus Solis occasum, in calce Lunæ promontorii, quod Rocham de Sinna vulgus appellat, secus Maris Occeani littus tres sub terra ex insperato comperte fuere ex saxo columnæ quadrata forma priscis temporibus characteribus Romanis vna tantum quadra incisis, quarum basis recta ordine immitato paululum in caput erigebatur, caput vero proprium in basim ex industria vt apparebat defixum conspeximus, euulsisq; ferro & arte decoctis lapidibus, quibus præfatæ mirandæ columnæ subtus alligabantur tandem in earũ vna iam directe conuersa has figuras liquido annotauimus, nam aliarum literas in lucidum explicare non satis nobis fuit integrum, quia temporum vetustate ac maris imbribus & afflatu erant penè consumptæ.

SIBILL. VATICINIVM OCCIDIIS DECRETVM.

VOLVENTVR SAXA LITERIS ET ORDINE RECTIS
CVM VIDEAS OCCIDENS ORIENTIS OPES.
GANGES INDVS TAGVS ERIT MIRABILE VISV
MERCES COMMVTABIT SVAS VTERQ. SIBI.


SOLI AETERNO AC LVNAE DECRETVM.

¶ In ponte Amunicipiis Constañ:

MVNICIPIA PROVINCIAE LVSITANIAE QVAE STIPE CONLATA OPVS PONTIS FECERVNT ICEDITANI LANCIENSES OPPIDANI CORLANI LACIENSES TRANSCV-

DANI ARANI MADRVBRICENSES ARTABRICENSES BAVIENSES PRAESVRES.

¶ Hispaniæ apud Cordubam.



¶ In marmore quodam fragmẽ.
Apud Cordubam Hispaniæ.

C. EGNATVLEIAE
C. FIL. GAL.
SENECAE TARQ.
AED Q. II. VIR. FLAM.
DIVI TITI AEQVO. PVB.
DONATO PRAEF.
CON. IIII. THRACEQ.
FLAMINI P. H. C.
EGNATVLEIA SIGE PATRONO
INDVLGENTISSIMO.

Corduba urbs Hispaniæ Lucani & Senecæ patria.

¶ In ponte vulgo de Iacantara
in Lusitania.

IMP. NERVAE TRAIANO DIVI NERVAE F. DA-
TICO GERMANICO SACRVM.

TEMPLVM IN RVPE TAGI, SVPERIS ET CAESARE PLENVM
ARS VBI MATERIA VINCITVR IPSA SVA.
QVIS QVALI DEDERIT VOTO FORTASSE REQVIRET,
CVRA VIATORVM QVOS NOVA FAMA IVVAT
QVI PONTEM FECIT LACER ET NOVA TEMPLA DICAVIT
SCILICET ET SVPERIS MVNERA SOLA LITANT
PONTEM PERPETVI MANSVRVM IN SAECVLA MVNDI.
FECIT DIVINA NOBILIS ARTE LACER.
IDEM ROMVLEIS TEMPLVM CVM CAESARE DIVIS
CONSTITVIT FOELIX VTRAQVAE CAVSA SACRI.

¶ In Aragonia vrbe Clarissima.

QVO VADAM NESCIO INVITVS MORI-
OR. VALETE POSTVMI.
M. POSTVMIVS EQVES.

¶ In Barchinoua Ciuitate prouinciæ Tarracoñ.

D. M. S.

BELLO SERTORIANO VVLNERE SVSCEPTO A CALAGVRRITANO IN VIA·QVEM MANV EX TEMPLO FODI ACQVIRENDAE VALETVDINIS GRATIA BARCHINOVAM PETII ESCVLAPIO VOTA VOVI TEMPLVM INGRATO VT FIERET STATVI MORTE IMMATVRA ME INTERCIPIENTE ET A VALETVDINE ET AB AVRA ADOLESCENTEM MISERABILITER DESTITVTVM VIDES. EQ. M· SP. POM.

¶ In Tarraconensi Hispania.

Extant in agro Bastetano Tauri quattuor marmorei temporum Curriculo & amentia Agricularum aurum siue Thesauros inquirentium in Rom. monumentis penè detriti, quorum primus Latinis literis continebat scripta.

Dextro LONGINVS PRISCO CALVO·
Sinistro LAVINIO PRI· F· C·

Secundus vero.

Dextro CAECILIO METELLO.
Sinistro CONS· II· VICTORI·

Latere·

Tertius.

Dextro EXERCITVS VICTOR·
Sinistro HOSTIBVS FVSIS·

Quartus.

Dextro L· PORTIO OB PRO OPT.
Sinistro ADMINISTRATAM BASTETANI POPVLI P· C·

Bellum Cæsaris & patriæ ex magna parte hic confectum Sexto & Cneo magni Pompeii filiis hic in agro Bastetanorum profligatis.

¶ Tarraconæ in Arrogonia.

D. M. S.

CLODIVS RABIA CIVIVM INVIDIA ITEM PVLSVS TERRAM ARRAGONVM PETII, VITA DECEDENS TVMVLO ISTO CINEREM LOCARI IVSSI, PIENTISSIMA MATRONA CLODIA RELICTA EX TESTAMENTO FRATRIS FVNERA LAMENTABILI FLETV CVRAVIT, BENE VALEAS QVISQVIS ES.

¶ Tarracona vrbs Cositanorum.

DEO TVTELAE REMILIVS SEVERIANVS MIMOGRAPHVS POSVIT.

¶ Ibidem.

GENIO CONVENT. ASTVRICENSIS.

¶ Ibidem.

SILVANO AVG. SACRVM PRO SALVTE IMP. CAESARIS HADRIANI ANTONINI AVG. PII. N. ET LIBERORVM EIVS ATIMETVS LIB. TABVL. P. H. C.

¶ Ibidem.

ISIDI AVG. SACRVM IN HONOR. ET MEMORIAM BOLIAE SABINAE CLOD. OBSTANA MATER.

¶ Ibidem.

PIO ATQVE INCLITO DN. TRAIANO NOBILISSIMO AC FORTISSIMO ET FOELICISSIMO CAESARI SEPTIMIVS AGNIDINVS V. C. AGENS PER HISPANIAS V. C. PT. VICE SACRA COGNOSCENS. NVMINI MAIESTATI QVE EIVS SEMP. DICATISSIMVS.

¶ Ibidem.

IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. POTEST. COS. VIII. P. P.

¶ Ibidem.

GENIO COL· I· V· TARRAC· L· MINITIVS APRONTANVS II· VIR Q· Q· TESTAMENTO EXARG· LIBRIS XV· PONI· IVSSIT·

¶ Ibidem.

DEVICTORI OMNIVM. GENTIVM BARBARARVM ET SVPER OMNES RETRO PRINCIPES PROVIDENTISSIMO IMP· CAES· MARCO· ANTONINO VERO INVIC. AVG· P· M· T· POT. PP· COS· II. PROC. VAL. IVLIANVS V. P. PP· H· TARRAC. NVMINI MAIESTATIQVE EIVS SEMPER DICATISSIMVS.

¶ Exone oppidi Comitatus Palarineñ. in Catalonia.

LVNAE AVGVSTAE SACRVM IN HONOREM ET MEMORIAM AEMILIAE L· FIL· MATERNAE L· AEMILIVS MATERNVS ET FABIA FVSCA PARENTES· S· P· F C·

¶ Ibidem.

L· VAL· L· FIL· GAL· FAVENTINO II· VIRALI· QVI· ANNONA FVRMENTARIA EMPTA PLEBEM ADIVVIT· ET OB ALIA MERITA EIVS COLLEGIA· KALENDARIORVM ET IDVARIA DVO CIVI GRATISSIMO POSVERVNT·

¶ Ibidem.

P. ☙. MAR. ☙. MARAN FILIO CALPVRNIANO OR. RET. DEFVNCTO AN. XVIII. MAR. MARANVS COMMVNI AFFECTIONE MARANAE CALPVRNIAE VXORIS ET MATRIS RECEPTO IN CLIENTELAM CIVIVM AESONES ☙ ET LIBERA-

LIBVS STVDIIS ERVDITO IMPETRATO LOCO EXD. ORD. STATVA FOVENS MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQ. SPORTVLIS DEDICAVIT.

¶ Ibidem.

FVL. F. FVLVI RESTITVTI F. CATVLAE P. AESONENSI ANN. XL. FVLVIVS HOMVLLVS LIBERTVS PATRONAE DE SE BENEMERITAE FACIVNDVM CVRAVIT.

¶ Tarraconæ.

FORTISSIMO ET CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AVR. CARO. INVICTO AVG. P. M. T. P. COS. II. PP. PROCONSVLI M. AVRELIVS VALENTINIANVS V. C. PP. HISP. CIT. LEG. AVGG. PR. PR. DNM. EIVS.

¶ Ibidem.

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI IVVENTVTIS M. AVR. CARINO NOBILISSIMO CAESARI COS. PROCOS. M. AVR. VALENTINIANVS V. C. PRESES. PROVIN. HISP. CIT. LEG. AVGG. PR. DNM. EIVS.

¶ Ibidem.

VICTORIOSISSIMO PRINCIPI IVVENTVTIS M. AVR. CARINO NOBIL. CAES. CONS. PROCONS. M. AVR. VALENTINIANVS V. C. PRAESES. PROVINC. HISP. CIT. LEG. AVGG. DEVOTVS NVM. MAIESQ. EIVS.

¶ Ibidem.

PIO ATQVE INCLITO DN. CONSTANTIO NOBILISSIMO AC FORTISSIMO ET FELICISSIMO CAESARI BALDIVS MACRINVS V. PPP. H. T. NVMINI MAIESTATIQVE EIVS SEMPER DEVOTISSIMVS.

¶ Ad Malacam vrbem Hispaniæ
in Basi.

L· SERVILIVS SVPERATVS DOMINO INVICTO DONVM LIBENS ANIMO POSVIT· ARA MERCVRII.

¶ Ibidem.

IMP· CAESARIS L· SEVERI PII PERTINACIS AVG· PARTHICI ARABICI ADIABENICI PACATORIS ORBIS ET FONDATORIS IMPERII ROMANI IN HO· R· P. MART· TE· D. D.

¶ Ad Cartiniam vrbem Hispaniæ.

IVNIA D. F. RVSTICA SACERDOS PERPETVA ET PRIMA IN MVNICIPIO CARTIMITANOR. PORTICVS PVBLIC. VETVSTATE CORRVPTAS RESTITVIT SOLVM BACTINEI DEDIT VECTIGALIA PVBLICA VINDICAVIT SIGNVM AVREVM MARTIS IN FORO POSVIT AD BATINEVM SOLO SVO CVM PISCINA ET SIGNO CVPIDINIS EPVLO DATO. ET SPECTACVLIS EDITIS D. P. S. D. D. STATVAS SIBI ET C· FABIO IVNIANO F. SVO AB ORDINE CARTIMITANORVM DECRETAS REMISSA IMPENSA AVIE STATVAM C. FABIO FABIANO VIRO. D. P. S. F. D.

¶ Murtiæ quæ olim Murgis.

CASTORI ET POLLVCI DIS MAGNIS SVLPITIAE Q· SVLPITI. F· VOTVM OB FILIVM SALVTI RESTITVTVM·

¶ In Agro Illicitano in columna
prope alta camna.

AVGVSTO DIVI· F· MACIENS C· F· CELER· DEDIT DEDICAVIT·

¶ Dianii in templo in Baside.

PALLADI VICTRICI. SACRVM.
HIC HOSTIVM RELIQVIAS PROFLIGAVIT
CATO.
VBI ET SACELLVM MIRO ARTIFICIO
STRVCTVM ET AEREAM PALLADIS
EFFIGIEM RELIQVIT.
PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES
SENAT. ET PO. RO. IMPERIVM DEOR.
NVMINE ET MILIT. FORTITVDINE ET
TVERI ET REGI.

¶ Danii.

D. M.

M. IVVALIO LICINIANO ICEMENIO MEN
SIVM VIII. FILIO DVLCISSIMO PRIMVS
ET LICINIANA PARENTES INFELICISSIMI.

¶ Ibidem.

D. M.

Q. MONEIO VERECVNDO NARBONEN
SI ET LEG. VII. G. EMEEL. AELIA VALEN
TINA MARITO BENEMERENTI.

¶ Ibidem in oppido.

FACTIONIS VENETANAE FVSCO SACRAVIMVS ARAM DE NOSTRO CERTI STVDIOSI ET BENE AMANTES VT SCIRENT CVMCTI MONVMENTVM ET PIGNVS AMORIS INTEGRA FAMA TIBI LAVDEM CVRSVS MERVISTI. CERTASTI MVLTIS NVLLVM PAVPER TIMVISTI. INVIDIAM PASSVS SEMPER FORTIS TACVISTI. FATO MORTALIS OBISTI. QVISQVIS HOMO ES QVAERES TALEM SVBSISTE VIATOR. PERLEGE SI MEMOR ES, NOSTI QVIS FVERIT VIR. FORTVNAM METVANT OMNES. DICES TAMEN VNVM. FVSCVS HABET TITVLOS MORTIS, HABET TVMVLVM. CONTEGIT OSSA LAPIS. BENE HABENT FORTVNA VALEBIS. FVNDIMVS INSONTI LACHRYMAS NVNC VINA PRECAMVR. VT IACEAS PLACIDE NEMO TVI SIMILIS.

¶ Ibidem.

VALE CONIVNX· VALETE NATI VALEAT TIBVR PATRIA VLTIMA Q· LAELI MORIENTIS HAEC SVNT· VT TIBVRTINAE DOMVS SVBVRBANI FVNDI· ET PRAEDIA MOMENT· MOENIA TANGERENT· TITA MARCELLINA CONIVNX FIDA PVBLIVS· ET QVINT· FILII DVLCISS· COHEREDES SINT·

¶ Non longe ab eodem oppido in pulchro tumulo.

C. TERENT. TI. TERENT. PATRICIA GENTE ROMANORVM ORTVS. PROH NEPHANDO COELI CONTAGIO OPPRES. INTERIIT P. MARTIVS M. MART. F. PATRVELIS PIENT. ISTO EVM QVI EGREGIE SVB C. CAESARE MILITABAT TVMVLO LOCARI IVSSIT. VIX. ANN. XXXVIII. MEN. IIII. DIES X.

¶ Dianii.

N· PVB· LILIO THEOPOMPO PVB· LILIA NYMPHERVSA HER· MARRITO OPTIMO ET SIBI·

¶ Ibidem.

D. M.

FELICI· AVG· LIB· A COMENT· XX· HER· H· C· HILARIVS COLLIB· TABVL· XX· HER· PROV· LVSITANIAE·

¶ Ibidem.

D. M.

TROCINAE SIRVANDO VIX· ANN· XXV· M· II· D. XX. TROCINA AFRODISIA MATER INFELICISSIMA MEMORIAE EIVS POSVIT·

¶ Ibidem.

D. M.

AEMILIO VALERIO CHORINTO HOMINI BONO QVI VIXIT ANN. XL. DEFVNCTO HONORIBVS EDILICIIS ANTONIA TORTONIA MARITO OBSEQVENTISSIMO B. M. F.

¶ Ibidem.

D. M.

VAL. ATTICO. B. F. LEG. VII. G. PEC. STIP. XXIII. VIX. ANN. XLI. FECIT AELIA PARTHENIS HOSPITI BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

D. M.

CAECILII MATVRI FRVN. LEG. VII. GIM. QVI VIX. ANN. XXXVI. M. VIII. D. V. AEL. COGITATA MATER CAECILIVS DEXTER C. TARTIMAS FRATRES. ET LVP. VXOR HEREDES EX TESTAMENTO FECERVNT.

¶ Ibidem.

D. M.

L. LVCRETIO NICEPHORO SEVIRO AVGVSTORVM.

¶ Ibidem

D. M.

L. GRATIO C. FIL. CAL. GLAVCO SEGROBIGENSI FLAM. P. H. C. M. ATILIVS FRATERNVS AMICO OPTIMO.

¶ Ibidem,

L· ANTEIO FLAVINO BE· COS· CIVI· ASTVRIC LEG· VII· G· P· FEL· AN· XLV· STIP· XXIIII· ANTEIVS ANTHIOCHVS PATRONO OPTIMO BENEMERENT· FECIT SECVNDVM VOLVNTATEM SVAM·

¶ Ibidem.

D. M.

VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNOS NATI VITAT XVIII· MES. VII· DIES XXVIIII. VARVS POLIO ET VARIA IVCVNDA PARENTES INFELICISSIMI B.M.F·

¶ Tarraconæ

AVR· IANVARIO PROC· CHOSDORE /// SYMAE COELES /// VECT· ILLIRIC· PRAES. PROV· HISPANIAE CITERIORIS TARRAC· PRAESIDI PROV· PRAESIDI PROV· MAVR·

¶ Ibidem.

M. PORCIO CATONI XV. VIR S. F. LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ET IN EA DVCI TERRA MARIQ. ADVERSVS REBELLES H. H. P. P. ITEM ASIAE. ITEM NORICE DVCI EXERCITVS ILLIRICI EXPEDITIONE ASIANA. ITEM GALLICA LOGISTAE CIVITATIS. ITEM EPHESIORVM LEG. PR. PR. PROVINC. ASIAE CVR. CIVITATIS TEANENSIVM SPLENDIDISSIME NICOMEDENSIVM ALLECTO INTER PRAETORES. ITEM TRIBVNICIOS PROC. XX. HERED. PER GALLIAS LVGDVNENSEM. ET BELGICAM. ET VTRAMQ. GERMANIAM PRAEPOSITO COPIARVM EXPEDITIONIS GERMANIAE SECVNDAE TRIB. MIL. LEG. II. AVG. PRAEFECTO COHORTIS SECVNDAE CIVIVM ROMANORVM SILVIVS HOSPES. HASTATVS. LEG. X. GEMINAE STRATOR EIVS OPTINO PRESIDI.

¶ Ibidem.

Q. ATRIO CLONIO· LEG. AVG PR· PR· PROVINCIARVM TRACIAE CAPADOCIAE· SIRIAE MAIORIS HISPANIAE CITERIORIS· CLAVDIVS IVSTVS LEG· III. GEMIN· P. F. SEVERIANAE ALEXANDRINAE PRAESIDI ABSTINENTISSIMO.

¶ Ibidem.

L· OVINIO L· F. QVIR· RVSTICO CORNELIANO COS· DESIG· PRAET· INTER TRIBVNICIOS ADLECTO CVRAT· VIAE FLAMIN· LEG. LEGMYS INFERIOR CVRAT· VIAE TIBVRTIN· CVRAT R. P· RICINIENS· RVSTICA OVINIA CORNELIANA. FIL· PATRI PIENTISSIMO.

¶ Ibidem.

L. CORNELIO C. F. GAL. CELSO II. VIR. PRAEFECTO ORE MARITVMAE COHOTIS. I. ET II. POMPEA DONACE VXOR Q. LICINIO SILVANO GRANIANO FLAM. AVG. PROVINC HISPANIAE CITER. PRAEFECTO ORE MARITIMAE LATETANAE PROCVRATORI AVGVSTI. C. TERENTIVS PHILETVS DOMO ROMA.

¶ Ibidem.

L. VAL. TEMPESTIVO PATRI VAL. GALLI. VALERIA SILVANA M. F. QVINTIVS FLACCVS AVONCVLVS VALFRIA VERONA SOCRVS HEREDES REDEMPTA PORTIONE VALERI. AVITI. CVIVS PRAECIVM VALERIA SILVANA INTVLIT IN DOMO REPERTAM IN FORO POSVERVNT.

¶ Ibidem.

M· PORTIO M· F· AMENS APRO II. VIRO PRAEFEC· FABR. TRIB· MIL· LEG· VI· FERRAT· PROC. AVGVST· AB ALIMENTIS FLAMINI P· H. C. P· H. C·

¶ Ibidem.

M· FABIO ASIATICO SEVIRO MAG· LARVM· AVG· L. POMPEIVS SEVERINVS AMICO OPTIMO·

¶ Ibidem.

L· FLAVIO·CHRYSOGANO SEVIRO MAG· LARVM. AVG. L. FLAVIVS SILVIVS LIB. SEVIR· MAG· LARVM AVG· ET Q· CORNELIVS SILVICVS SEVIR·CORNELIA FESTIVA PATRONO INDVLGENTISSIMO.

¶ Ibidem.

C· ANNIO L· F. QVIR. FLAVO IVLIOBRIGENS· EX GENTE CANTABRORVM PROVINTIA HISPANIA CITERIOR· OB CAVSAS VTILITATESQVE PVBLICAS FIDELITER ET CONSTANTER DEFENSAS·

¶ Ibidem.

POSTVMIANAE NEPOTIANAE SIVE MARCELLINAE EX CAESAR· AVG· KARENSI· FLAMINICAE VXORI T· PORCI VERRIM FLAM· P· H. C·

¶ Ibidem.

SEMPRONIAE LVSCI· F· PLACIDAE POMPAELONENSI FLAMINICAE CONSENSV CONCILI P·H· C. CORNELIVS VALENS MARITVS· S· P. F·

¶ Ibidem.

P· LICINIO L· F· GAL· LAVINO AED. Q. FLAMMIROMAE ET AVG. II. VIR. PRAEFEC. COHOR. NONAE TIRONVM ORAE MARITVMAE IVLIA Q· F·INGENVA MAT·

¶ Ibidem

M· LAELIO SABINIANO DECVRIALI AEDILICIAE ROMAE FRATRI KARISSIM· LAELIA COETE SOROR·

¶ Ibidem.

L· AMENIO L· F· GAL· SATVRINIO AED· II. VIRO FLAM. P·H·C·LVCIA VALENTINA·

¶ Ibidem.

C. VAL. ARABINO FLAVIANI F.BERGODOF. OMNIB.HON. IN REP. SVA FVNC. SACERDOTI ROMAE ET AVG. P. H. C. OB CVRAM TABVLARI CESVALIS FIDELITER ADMINISTR. STATVAM INTER FLAMINALES VIROS POSITAM EXORNANDVM VNIVERS. CERSVER.

¶ Ibidem.

L.DOMITIO GALLICANO PAPINIANO C· V. LEG· AVG· PR· PR· PROVINTIAE GERMANIAE INFERIORIS LEG· AVG· PR· PR· DALMATIAE. COS· DEVOTISSIMO· ET INNOCENTISSIMO AVRELIVS IVLIENVS PATRONO INCOMPARABILI·

¶ Ibidem.

L. GRAVIO ROMANO VIBIO TROM· SECVNDO TRIB. LEG. III· AVG· FLAMINI PROV· HISP. CITER· L· AEMILIVS SATVRNINVS·

¶ Ibidem.

Q. CAECILIO L· F· GAL·FRONTONI QVAEST· II· VIR PROCVRAT· AVG· CN. CORNELIVS EVPELASTVS ET CN. CORNELIVS EVHORVMVS OB MERITA OPTIMO AMICO·

¶ Ibidem,

T· TICIANO LEG· AVG· G. N· N· PR· PR· C· V. PROCONSVLI PROV· AFRICAE PRAESIDI PROV. HIS· CITERIORIS M· AVRELIVS MODESTINVS·

¶ Ibidem.

ex Epitaphio, quod Mediolani in æde S. Nazarii est, aperte docet, cuius initium tale est, FAVSTVS VI. VIR ET AVGVSTALIS. Qui inter primos Augustales à Decurionibus Augustalis factus est &c. Quo loco & illud perpendendum est, quum dicit Faustum inter primos Augustales à Decurionibus factum esse Augustalem. id ego ea ratione dictum puto, quod fortassis prius potestas creandi Augustales apud Cæsares & Augustos fuerit, & tunc demum ad Decuriones translata. Sed hoc neutiquam in tanta vetustatis & erroris caligine ausim affirmare. Illud tamen obiter ex classicis constat autoribus, Decurionis eius officii in municipiis extitisse, Quod Romæ Senatores, eorumque censum centum fuisse milium nummum, quum Equitum fuerit quadragentorum, id docet Plinius Epistola ad Romanum, libro primo. Mihi quidem diu hesitanti, in mentem venit, si forte VI VIRATVS Sacerdotii genus fuisset, hanc autem coniecturam sumpsi ex aliquot vetustis inscriptionibus, quarum vna est Bergomi in æde diui Alexandri, quæ ita se habet. L. BLANDVS C. F. VOT. VIVIR ET AVGVSTALIS ET FLAMINALIS SIBI ET VALERIAE &c. Puto autem neminem esse tam male de litteris meritum, qui ignoret Flamines diuersorum deorum & eorum qui in deos relati sunt Sacerdotes fuisse, quod vero hic L. Blandus VI VIR fuerit Flaminalis, Iam puto liquere hunc eundem fuisse Sacerdotem. Accedit alterius Epitaphii, quod Comi nostra ætate effossum est fragmentum, in coniectura, cuius talis est finis, Ob curam integre & liberaliter gestam, qui ob hunc honorem sibi habitum largiti sunt Trullas argenti duas &c. At ego existimo has Trullas in vsus sacrorum donatas, quibus VIVIRI Augustales in sacris vterentur. Verum vt prefatus sum, quum in hac re tantummodo coniecturis ducar, nolim quicquam temere affirmare, verum hæc in medium proferre volui, vt studiosis ansam preberem, diligentius ea de re cogitandi. Sine controuersia tamen liquet, qualiscunque magistratus, aut cuiuscunque functionis hii fuerint VI. VIRI Augustales, neutiquam tamen tam splendidum & clarum habitum, vt non etiam Libertinæ conditionis hominibus ad hunc fuerint aditus, quod ex vetusto Epigrammate in Monasterio S. Ambrosii Mediolani cõprobatur, cuius tale est initium, C. GEMINIVS ELEGANS VI. VIR SENIOR SIBI ET GEMINIO LEANDRO VI. VIRO SENIORI PATRONO &c. Cum aũt Patronus non recte latinæ nisi respectu Liberti & econuerso dicatur. Igitur ex hoc Epigramate clarum sit Patronum & Libertum vna eadem functione VI. VIROS Seniores extitisse. Hæc sunt optime Lector, quæ de VI. VIRIS in medium afferre volui, non quod certi aliquid de iis haberem, sed vt vetustatis studiosis argumentum exhiberem accuratius aliquid perquirendi, Quod me ipsum idem pro virili mea facturum polliceor. Interim vale & hæc qualiacunque sint boni consule.



INSCRIPTIONES ITALIAE.

LECTORI SALVTEM.



BSOLVTIS HISPANIAE ET GALliæ Antiquitatibus duximus opereprecium statim Italiæ monumenta supponere, auspicati autem sumus ab Apuliæ tractu qui est à Tarento vsq; ad Hydruntem, & ab eo per littus vsq; ad montem Garganum, qui regiones senis appellatas nominibus inter se adfines cõtinebat, Iapygiam, Dauniam, Messapiam, Peuceriam, Salentinos Apuliã quæ nostro tempore vno Apuliæ nomine censentur. Et vltra Apenninum sitæ omnes, vt tradunt Geographi, mox Apuliam sequetur Aprutium, quod continet sub se Precutinos, Pinnenses, Ferentanos, Pelignos, Marrucinos, Furconenses, Amiterninos Vestinos, qui olim vno nomine Samnites appellati sunt, nunc Aprutini dicti. moueor autem hic tangere quorundam errorem, qui existimauerunt Aprutium esse, quod olim Brutii fuêre, cum trecentis & alicubi pluribus passuũ milibus Aprutium distet à Brutiis, toleranda vero vel ea de caussa videtur ipsa mutatio, quod ex particula licet tenui, tã amplæ Samnitiũ regionis, id Aprutii corpus sumpsit nominationem, sed de iis hactenus, Cæterũ ne pluribus tecum agam, totam Italiam in tredecim Regiones diuisimus, quas certo subinde ordine, Musis fortunantibus, eleganter prosequemur, vt & hac in parte nos negligentiæ nullius accusare possis. Vale & nostrum conatum probato.

INSCRIPTIONES APVLIAE.

¶ VENVSIAE in Templo S. Trinitatis.

C. OPTIO T. FILIO HORATIO
LEGATO XII. CHORTIS PRIMVS
OPTION, PHILARGYRVS.

¶ Ibidem.

D. M. MARCIAE MARCIANAE
ANCHARII PROCVLVS
ET PROCVLIANVS MATRI
SANCTISSIMAE.



¶ Alia vetus inscriptio.

M. AVRELIVS. EVFICHEVS SERA
VICELIA RVFEN. HANC SEDEM
VIVI SIBI POSVERVNT VNO
ANIMO LABORANTES SINE
IVLIANO FILIO.

¶ Ibidem.

IMPERATOR CAESAR DIVI NERVAE
FIL. NERVA TRAIANVS GERMA-
NICVS PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNICIA POTESTATE VI.
IMPER. II. CONSVL IIII.
P. P. INCOHATAM A DIVO
NERVA PATRE SVO PERFI-
CIENDAM CVRAVIT.

¶ Hoc Epigramma extat apud oppidum
Apuliæ Labellum.

OPPIA PROCHNE ACVTI-
ANA SECVNDA CREPERIA
TIATICAE ISIDI

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

TRASIDIO AMARANTHO VLPIA
MARCI FILIA FELICISSIMA CON-
IVGI SANCTISSIMO.

¶ Ibidem pulcherrimum Epigramma.

P. LARTIVS P. F. BROCCHVS LAR-
CIA HORAEA BONEIS PRO-
BATA INVEISA SVM
ANVLLA PROBA FVI

PARENS DOMINEIS SENIBVS
HVIC AVTEM OBSEQVENS ITA
LEIBERTATE ILLEI ME HIC
DECORAAT STOLA. A PVPVLA
ANNOS VEIGINTI OPTIMI
DOMVM OMNEM SVPREMVS
FECIT IVDICIVM DIES MORS
ANIMAM ERIPVIT NON VITAE OR-
NATVM ABSTVLIT EPIRVS CHILO
VIAT PR. PL.

¶ Theani Ciuitate Apuliæ.

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI
PARTHICI F. DIVI NERVAE NE-
POTI TRAIANO HADRIANO AVGV-
STO PONTIFICI MAXIMO TRIB.
POT. XIII. COS. III. P. P. OPTIMO
MAXIMOQ. PRINCIPI
THEANENSES D. D.

¶ Materæ ante fores vnius Ecclesiæ.

C. MANILIO C. F. NOR. RVFO.
SEXTILIAE P. L. DATAE
VXORI SEXTILIAE Ɔ. L. PRIMI-
GENIAE ANNORVM XIII.
DELICIVM EORVM DATA
D. S. P. F. C.

INSCRIPTIONES APRVTINAE.

¶ Beneuenti.

INFOELIX FATVM
PRIOR DEBVI MORI
MATER.

¶ Beneuenti sub quadam statua marmorea.

T. NONIO MARCELLINO
V. C. COS. CAP. PATRONO
DIGNISSIMO OB INSIG-
NIA BENEFICIA QVIBVS
LONGA POPVLI TABEDIA
SEDAVIT VNIVERSA
PLEBS BENEVENTANA
CENSVIT PONENDAM.

¶ Ibidem.

FABIAE ACONIAE PAVLINAE CE. FILIAE ACONIS.
CATVLLINI V. C. EX PRAEF. ET CONSVLE ORD.
VXORI VETTI PRAETEXTATI V. C. PRAEF. ET
CONSVLIS DESIGNATI SACRATAE APVD
ELEVSINAM DEO LACCHEO CERERI ET CORAE
SACRATAE APVD LAERNAM DEO
LIBERO ET CERERI ET CORAE SACRA-
TAE APVD AEGINAM DEABVS TAVRO
BOLITAE SICAE HIEROPH ANTRIAE
DEAE CERERIS.

¶ Beneuenti in Samnitibus olim Maleuentum.

CLAVDIO IVLIO PACATO V. C.
COS. CAMP. OB EQVITATEM
IVDICIS ET PATROCINIA IAM
PRIVATI ORDO BENEVENTANVS
PATRONO POST FASCES DE-
POSITOS CENSVIT COL-
LOCANDAM.

¶ Ibidem ante Cathedralem Ecclesiam.

T. ANTONIO MARCELLINO V. C.
CAMP. PATRONO DIGNISS.
OB INSIGNIA BENEFICIA QVIBVS
LONGA POPVLI TEDIA SEDAVIT
VNIVERSA PLEBS BENEVENTANA
CENSVIT PONENDAM.

¶ Ibidem

TITVS CLAVDIVS LENIVS
DIVI CLAVDII
AVG. LIB. A STVDIIS.

¶ Beneuenti iuxta portam rectoris.

D. M.
TEGEDIAE FORTVNATAE ET L.
CORNELI FIRMI VIVI SIBI FECE-
RVNT. QVEM EMERVNT ✳ C.XX.

¶ Ibidem in domo Magistri Iuliani Latonii.

L. SCENNI ANNEI AFRICANI
FIL. DVLCISSIM. QVI VIXIT ANN.
XII. M. VIII. DIES X. PAREN-
TES INFELICISSIMI AMISSIONE
EIVS PERPETVIS TENEBRIS.
ET QVOTIDIANA MISERABILI
VLVLATIONE DAMNATI.

¶ Ibidem Apud ædes nobilium de Malanoctib:

TARQVINIAE MODESTAE.
QVAE VIX. AN. XV. M. VI. D.
VI. MODESTVS ET LACIVIA PAR-
ENTES LVCENIVS MAR. C.
QVAM. DVLC [illegible] NAM FVIT
EXIMIA SPECIE MIROQ.
DECORE [illegible] MEMBRA
INERANT VERE CORPORE
DIGNA SVO VADE VALE
DVLCIS.



¶ Ibidem.

D. M.

Q. PLOTIVS Q. F. QVIR. ROMA-
NVS EXORNATVS EQVO PVB.
HONORIB; FVNCTVS IN COLONIA
OSTIENSI DECESSIT SVPER-
STITIB. PARENTIB. M. POSTVM.
DECLIORVS VIVVS SIBI ET
TORANIAE SPEI CONIVGI
SANCTISSIMAE.

¶ In eadem Ciuitate.

D. M.

L. CASSENI SOSPITIANI EX OR-
DINE HAVRVPIC. LX. VIX. ANN.
XXX. PARENTES FILIO OPTIMO.

¶ Ibidem in Arcu Triumphali.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE FI-
LIO NERVAE TRAIANO OPTIMO
GERMANICO DACICO. PONT.
MAX. TRIB. POT. XVIII. IMP.
VII. COS. VI. P. P. FORTISSIMO
PRINCIPI S. P. Q. R.

¶ Ibidem.

D. M.

M. CRASSO SATVRNINO
M. CRASSVS FORTVNATVS
FILIO CARISSIMO QVI
VIXIT ANN. XIII. M. X.
DIEB. III. DVCI FECIT
ITV. AMBITV. DO.

¶ Beneuenti.

CAESAR· DIVI AVG· PONT. MAX·
EX. S. C· REFECIT.

¶ Ibidem.

PONTIA T. PONTII FILIA HIC SVM QVAE DVOBVS
NATIS A ME AVARITIAE OPVS VENENO CON-
SVMPTIS, MISERAE MIHI MORTEM CONSIVI,
TV QVI HAC TRANSIS SI PIVS ES QVAESO
A ME OCVLOS AVERTE.

¶ Thelesiæ in Ecclesia ad Basim.

Q· FILLIVS L· F· RVFFVS Q· ARGIVS
Q· F· CELER PR· II· VIR LA-
NARIAS ET QVAE IN IIS SVNT
SVA PEQ· FECIT VT EX EO
VECTIGALE QVOT ANNIS MVL-
SVM ET CRVSTVM NATALE
CAESARIS AVGVSTI DARETVR·

¶ In principatu ad Basim.

VIAM FECEI AB REGIO AD CAPVAM ET IN EA VIA
PONTEIS OMNEIS MILIARIOS TABELLARIOSQ.
POSEIVEI HINCE SVNT NOVCERIAM
MEILIA LI; CAPVAM XXCIIII. MVRANVM LXX;
IIII. CONSENTIAM CXXIII. VALENTIAM CLXXXII.
AD FRETVM AD STATVAM CXXXII. REGIVM
MEILIA CCC. ET EIDEM PRAETOR IN Q. L. N. X R
XXII. SICILIA FVGITIVOS ITALICORVM CON-
QVAESIVEI REDDIDEIQ. HOMINES CCCCXV.
EIDEMQ. PRIMVS FECEI VT DE AGRO POBLICO
ARATORIBVS CEDERENT PASTORES FORVM
AEDISQ. POPLICAS HEIC FECEI.

¶ Apud Lirim Amnem vbi dicitur El Garegliano.

HVIVS MONVMENTI IVS QVA MACERIA CLVSVM
EST. CVM TABERNA ET CENACVLO HEREDEM NON
SEQVITVR INTRA MACERIAM HVMARI QVENQ̃ LICET.

¶ Vbi Adria olim fuit.

D. M. S.

OTITIO SERONIANO OTTICIVS SEVERVS EICIVS QVI EI COL. NAVIM AD EDIT. SN. CCCC. AD ROSAS ET ESCAS DVCENDAS EI OMNIBVS ANNIS.

¶ Ibidem

L. CVRTIVS L. L. PRISCVS CVRTIA L. L. NEVMA CVRTIA Ɔ L. RIAMIS ALBANVS.

¶ Apud Petrinum Suessanum.

L. PAPIVS L. F. TER.
POLLIO II. VIR. L. PAPIO
L. F. FAL. PATRI MVL-
SVM ET CRVSTVM COLO-
NIS SENVISANIS ET PAPIEIS
MONVMENTVM EX
TESTAMENTO ARBITRATV L.
NOVERCINI L. F. PVB. POLLI-
ONIS VIAE SVPERIORIS ET HEREDIS.

¶ Suessæ in Ecclesia S. Firmi.

D. M. S.

IVLIA FIRMA SITA IN TVMVLO
QVAE FIDEI PLENA PIETA-
TE NOBILI VIXIT, SVBREPTA
EST OCVLIS FATO
DICTANTE INIQVO M. OCIMVS
SABINAE AVGVSTI SORO-
RIS LIBERTAE B. M. F.

¶ Suessæ inter duas portas.

C. TICIO CHRESIMO AVG. LI. HVIC ORDO
DECVRIONVM QVOD PRO SALVTE ET INDVL-
GENCIA IMP. ANTONINI PII. FOELICIS AVG. ET EX
VOLVNTATE POPVLI MVNVS FAMILIAE GLADIA-
TORIAE, EX PECVNIA SVA DIEM PRIVATVM
SECVNDVM DIGNITATEM COLONIAE EDIDIT
HONOREM BIS ILLI QVO QVIS OPTIMO EXEM-
PLO IN COLONIA SVESSA HABVIT ET
VT AQVAE DVCTVS IN DOMO EIVS FLVERET
COMMODISQ. PVBLICIS AC SI DECVRIO FRVERETVR
ET TICIO CHRESIMO FILIO EIVS OB MERITA PATRIS
HONOREM DECVRIONATVS GRATVITVM DECREVIT
ORDO DECVRIONVM ET AVGVSTALIVM
ET PLEBS VNIVERSA.

¶ Suessæ in Platea fragmen.

HIC NVNC CAMPANAS MODERA-
TOR SVBLEVAT VRBES VNDE ERGO ET
POPVLI STATVAM TRIBVERE SVESSO.

INSCRIPTIONES CAMPANIAE.

¶ Nolæ.

LEO III. CREDO
RESVRGERE.

¶ In Archiepiscopatu Salernitano.

T. TECIENIVS FOELIX AVGVSTALIS
SCRIBA LIBRAR. AEDIL. CVRVLL.
VIATOR AEDIL. PLEBIS ACCENSVS
CONSVLI -H-S- L. M. N. LEGAVIT
AD EXORNANDAM AEDEM
POMONIS. EX QVA SVMMA
FACTVM EST FASTIGIVM IN
AVRATVM PODIVM PAVIMEN-
TA MARM. OPVS TECTORIVM.

¶ Salerni.

FLAVIA CLAMERA DVLCIS-
SIMA HAVE SEX. HELENIVS
SEX. L. DEMOSTENES.

¶ Ibidem in quodam sepulchro.

M. HELVIO CRESCENTI
M. HELVIVS HERMIAS LI-
BERTO FECIT.

¶ Ibidem.

AVRELIAE VALERIANAE VIX.
ANNIS XXIIII. MEN. VII. DIEB.
XIII. ELVIA CHRESIA
FILIAE DVL-
CISSIMAE.

¶ Ibidem in peruetus Epigramma.


CLODIAE HELPIDI
CONIVGI INCOMPA-
RABILI GENIALIS
MARITVS.



¶ Neapoli ad S. Paulum literæ Grecæ, quæ huiusmodi interpretantur.

TIBERIVS IVLIVS TRASIVS DIS-
CRESI DOMINI VOLLIANI FILIVS
ET DISTRIBVTOR HANC
CIVITATEM ET TEMPLVM ET
EA QVAE SVNT IN TEMPLO
SVMPTIBVS PROPRIIS
AEDIFICAVIT.

¶ Solem à Neapolitanis olim Hebonis nomine cultum tabula marmorea hac inscriptione vetustissima testatur.



¶ Neapoli ad S. M. maiorem vbi requiescit Pomponius Episcopus Neapol. qui vixit tempore Iustini Cæs.

D. M.

T. H. REPTO
P. PROPINQVI L. B.
HIC SITVS EST
SIBI ET SVIS.

¶ Ibidem.

HAIAE RVSTINAE
PARENTES IN-
FELICISSIMI.

¶ Ibidem

POMPON.
DIANAE LOC. H. S. C. P. S.
GRAECEIA P. F. RVFA.

¶ Neapoli ad S. Io. Maiorem.

D. M.
MARCIAE MARCIANAE
AVCHARII PROCVLVS
ET PROCILLANVS
MATRI SANCTISSIMAE.

¶ In agro Tusculano.

D. M. S.
M. GELLIVS MAXIMVS PHOEBO
LIB. OPTIMI.
HIC SITVS EST QVONDAM COELI PARS MAXIMA PHOEBVS
ADFECTVS OMNIS POSSIDET ISTE LAPIS
VIX CONSVMAVIT SEPTEM QVINQVENNIA LVSTRI
OSCVLA FERVENTEM, NEC TENVERE ANIMAM
QVID SI MVTARI POTVISSENT FATA SORORVM
GAVDERET CONDI MAXIMVS HOC TVMVLO.

¶ Neapoli iuxta fores S. Archangeli.

POSTHVMIVS LAMPADIVS
V. CONS. C. A. MP. CVRAVIT.

¶ In vicu eiusdem Ecclesiæ.

LICINI ALPHIO LICINIO V. P.
PATRONO COLONIAE EX COMI-
TIBVS RETIO TERMEN. SI V
IMVERE PATRONO.

¶ Ibidem in domo Pontani F.

L. Annio L. F. Col. Modesto
Hon. Equo publ.
K. IVN. IH. Curia Basilicæ Augustinianæ Scribundi adfuer. Toppius.
Seuerus Vigetius Liberalis Iulius
Capretanus Granius Longinus. Quod
C. Aufidius Trasea T. Claudius Quadrinus II. VIRI
VR. de conformanda auctoritate memoriæ honorand.
Statuaq; ponenda Annio modesto Anni Numisiani Ornati
Viri filio Q. D. E. R. F. P. D. E. R. L. C. cum Annius Numisianus.
Vir ad singulor. testimonium pertin. qua probitate
Morum qua quiete vitæ quod vnicam
In dolore præsidium est meruerat adfectuum nostrorum
Consolationem adq. Candore ordinis no-
stri bonum Ciuem piumq; patrem in tam
graui fortunæ iniuria qua potest indi-
gnatione auocare tristitia
placere huic ordini auctorit. in eam rem ante
hanc diem factam confirmari permittique Annio
Adiecto lib. eius statuam ponere Annio Modesto loco
Adsignato à II. VIRIS nostris quo testatior sit erga eum adfectus
Rei. P. nostræ conlaudamus quod in vita præstiterit censuer.
Adiectus lib. L. D. D. D.

¶ Ad S. Archangelum.

D. M.

AELIA ELLEN. T. AELIO BORY-
STHENETI CONIVGI KARISSIMO
V. A. XXVI. B. M. F.

¶ Neapoli in quadam vrna.

M. AVREL. NICO-
LAVS AVRELIAE
HYGIAE CON
IVGI DVLCISSI-
MAE B. M.
FECIT.

¶ Prope arcem Saneck II: Mil. à Celeia:

VLPIA FIRMINA ANNORVM TRIGI-
M. VLPIVS N [illegible] NTA FIR-
MINVS TT CANNONIA STATVTA
V. FECERVNT SIBI ET
VLPIO PRIMIANO F. AN. XIII.

¶ Prope Arcem Saneck.

MAXIMVS ANTONI· LIB·
ET VERCILLA V· F· SIBI ET
NVNDINAE FIL· AN· V· ET
VRSO AN· XXX·

¶ Ibidem.

D. M. S.

IVLIAE DIL. LIB. QVINTAE
IVLIVS DIL· LIB· AMIANTHVS
ET IVLIA DIL. LIB· AMANDA
PARENTES V·

¶ Neapoli in regione S. Arpini.

D. M.

M· CAELIO CELESTINO· VIXIT
ANNIS XXIII· MENS. III·
D· XXIII· CAELISTVS PATER
FILIO BENEMERENTI·

¶ Ibidem.

D. M.

C· LONCINO SELEVCO
QVI VIXIT ANNIS XXIIII·
DIEB· VII· VALERIVS LONCVS
PVTER FILIO BENEMERENTI·

¶ Ibidem in domo Fundecarii.

I· VESIORIVS ZELOIVS POST
ADSIGNATIONEM AEDIS FOR-
TVNAE SIGNVM PANTHEVM
SVA PECVNIA D. D.

¶ Ibidem Neapoli.

D. M.
M. VLPIVS SECVRI OMNIBVS
HONORIBVS BIS I V R.
BIS DIGNE FVNCTI CVMIS
L. CAESIVS AMPLIATVS HER.

¶ In Sacello Pontani.

D. M.
C. POMPONIO RHENO HOMINI
OPTIMO HAEREDES.

¶ Ibidem.

D. M.
ALPHIA MAXI IBELITIO SA-
TVRNINO CON. ET. FIL. LIBER-
TIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM.

¶ Neapoli infra dom. Siluest. Galeoti.

T. VESTORIVS ZELOTVS
POST ADSIGNATIONEM AEDIS
FORTVNAE SIGNVM PAN-
THEVM SVA PECVNIA D.D.

¶ In æde S. Georgii.

D. M.
VALERIO HERMETI LARCIA
HELPIS CONIVGI OPTIMO FECIT.

¶ Neapoli in tabula marmorea.

ΦΑΒΙΑ ΖΩΣΙΜΗ.

¶ Ibidem

D. M.
POMPONIVS CRESCENTI
RHENO DANWIO NEPO-
TIBVS ET EVPHRATE
PATRI EORVM FILIO
HOMINI SIMPLICIS-
SIMO POMP. RHENVS
PATER FECIT QVI ME NON ME-
RENTEM PROCVPAVERVNT.

¶ Ibidem.

D. M.
FISIAE SORVSAE L. ❧
ANIVS PRISCVS ALVM-
NVS PATRONAE OPTIMAE
BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

M. AECENATIA ERVSA
VIX. ANN. XV.

¶ Ibidem.

HERCVLI SAXONO SACRVM
SEX. SVLPICIVS TROPHINVS AEDEM
ZOTHEGAM CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO
RESTITVIT IDEMQVE DEDICAVIT KL.
DECEMBRIS L. TVRPILIO DEXTRO M. METIO
RVFO COSS. T. EVTICHVS SAXONVS
PERAGENDVM CVRAVIT.

¶ In lapide alio.

T. LIVII BRACHIVM QVOD ANT. PAN.
HORMITA A PATAVINIS IMPETRAVIT
IOAN. IOVIANVS PONTANVS MVLT.
POST ANN. HOC IN LOCO PONEND. CVRAVIT.

¶ Ibidem in alio saxo.

AB HOC PONTANORVM
CONDITORIO NE MAS
NE FOEMINA EX AGNA-
TIONE ARCEATVR.

¶ Ibidem.

QVID AGAM REQVIRIS TABESCO SCIRE QVIS
SIM CVPIS? FVI, VITAE QVAE FVERINT
CONDIMENTA ROGAS LABOR DOLOR
EGRITVDO LVCTVS ET SERVIRE SVPERBIS
DOMINIS IVGVM FERRE SVPERSTITIONIS QVOS
CAROS HABEAS SEPELIRE PATRIAE VIDERE
EXCIDIVM NAM VXORIS MOLESTIAS NVN-
QVAM SENSI PETRO COMPATRI VIRO OFFICIO-
SISSIMO, PONTANVS POSVIT CONSTANTEM OB
AMICICIAM ANN. LIII. M. CCCCCI. XV. KAL. DEC

¶ Neapoli in domo Petri Lupi.

M. VINICIO P. F. POST MORTEM
MVNICIPIS SVI AERE CONLATO
PIETATIS CAVSSA POSVERVNT.

¶ In eadem Ciuitate.

VIVVS DOMVM HANC MIHI PARAVI IN QVA
QVIESCEREM MORTVVS, NOLI OPSECRO INIVRIAM
MORTVO FACERE, VIVENS QVAM FECERIM NEMINI
SVM ETENIM IOANNES IOVIANVS PONTANVS
QVEM AMAVERVNT VIRI PROBI HONESTAVE-
RVNT REGES DOMINI, SCIS IAM QVI SIM AVT QVI
POTIVS FVERIM, EGO VERO TE HOSPES NOSTRE IN
TENEBRIS NEQVEO, SED TE IPSVM VT
NOSCAS ROGO. VALE.
MORTVVS EST ANNO CHRISTI M. D. V.

¶ Apud Castellonem.

CN. HELVIVS CN. IOLLA
MEDICVS OCVLARIVS

¶ Apud Castrum Maris de Vulturno.

M. ARRIVS M. F. M. SEXTIVS
M. F. DVO VIRI D. C. S. VIAM FACI-
VND. ET REFICIVND. COERAN.

¶ Neapoli in vrna veteri.



¶ Ibidem.

M. BASSAEO M. F. PALAXIO PATR. COL. CVR. R. P. II. VIR MVNIF. PROC. AVG. VIAE OST. ET CAMP. TRIB. MILIT. LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALABRIC. OMNIBVS HONORIB. CAPVAE FVNC. PATR. COL. LVPIENSIVM PATR. MVNICIPI. HVDRENTINOR VNIVERSVS ORDO MVNICIP. OB REM PVBL. BENE AC FIDELITER GESTAM HIC PRIMVS ET SOLVS VICTORES CAMPANIAE PRAETIS ET AESTIM PARIA GLADIAT EDIDIT L. D. D. D.

¶ Neapoli in foro.

BONO R. P. NATVS.

¶ Ibidem.

D. M.

M. CORNELI D. LI. CORNELIA MAX. LIBERTA ET CONIVNX PATRONO BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

C. COELIO COELIANO M. TENTVLLVS ALVMNO.

¶ Ibidem.

P AELIO P. F. AGRIPPINO CORNICVLARIO PROC. PROVINCIAE BELGICAE FRATRI CARISSIMO ET AELIAE AMABILI MATRI PIISSIMAE VICTORINVS AVG. LIB. FECIT.



¶ Ibidem.

M. L. FLORVS M· F· L; M· L·
F· PRONEP. INFELICISS· PARENS
AFFLICTVS PRAE POSTERITATE
NAT· NV· FILIVM VN· H·
COND· QVEM IMPORTVNA
MORS ADEMIT PRAEREPSITQ·
SENII BACVLVM CVI IAM DE-
FESSA AETAS ADNITENS PER
BREVES ANN· SS· ALLEVABAT
NVNC ANTE MORS ADSEQVI-
TVR QVAM TRISTES LACHRI-
MAE DESERVERINT· NOTA POST·

¶ Neapoli vbi calcei mul. venduntur.

D. M.
FABIAE RODINES FABIA
DASVM ILLA LIBER-
TAE OPTIMAE·

¶ In quadam vrna.

A. PAXEVS ATTICVS.

¶ Ibidem.

AVG· SACR· ❦

¶ In eadem Ciuitate.

D. M.
Q. CISSONIO Q· F· HOR·
APRILI VETERANO COH.
II. PR· ARCHITECTO AVGVSTOR
PATRICIA TROPHIME
VIRO BENEMERENTI.

¶ Neapoli.

D. M.
SCALIA MAGNA VIXIT AN. XXII. M. IIII. SCALIA TICHE FILIAE BENEMERENTI.

¶ In sacello Pontani.

QVINQVENNIO POSTQVAM VXOR ABISTI DEDICATV PRIVS AEDICVLA, MONVMENTVM HOC TIBI STATVI, TECVM QVOTIDIANVS VT LOQVEROR, NEC SI MIHI NON RESPONDES, NON RESPONDEBIT DESYDERIVM TVI, PER QVOD IPSA MECVM SEMPER ES, AVT OBMVTESCIT MEMORIA, PER QVAM IPSE TECVM NVNC LOQVOR. HAVE IGITVR MEA HADRIANA, VBI ENIM OSSA MEA TVIS MISCVERO, VTERQVE SIMVL BENE VALEBIMVS. VIVENS TECVM VIXI ANN. XXIX. DIES XIX. VICTVRVS POST MORTVVS AETERNITATEM AETERNAM

IOHANNES IOVIANVS PONTANVS HADRIANAE SAXONAE VXORI OPTIMAE AC BENEMERENTISSIMAE POSVIT, QVAE VIXIT ANN. XXXXVI. MEN. VI. OBIIT KAL. MART. AN. M. CCCCLXXXX.

¶ Neapoli.

AELIANICAE ET CALISTVS MEDICVS ASCLEPIO ET HIGEIA DON. POSVERVNT.

¶ Ibidem ad S. Dominicum.

C. LAPPIVS DECEMBER VIXIT ANNIS XXX. HERMIONAE CONIVGI SVO BENEMERENTI FECIT. DECEMBER F. VIX. ANN. XVII.

¶ Neapoli in Sacello apud Thomasium.

L. BONIVS L. F. N. FAL. CELER. II. VIR Q. AVGVR
PRAEF. FABR. TRIB. MILIT. LEG. III. CYR.
PROCVR. LVDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS
ALEXANDREAE AD AEGYPTVM ADLECTVS
INTER SELECTOS AB IMPERATORE CAESARE
AVG. SIBI ET SEXTIAE L. F. NERVLIAE VXORI
OPTIMAE CVM QVA A PVERICIA SINE
OFFENSA VIXIT ANNIS XXXI.

¶ In domo Iacobi lapicidæ.

D. M.
TERTIO FRATRI SOROR
BENEMERENTI FECIT
VIXIT ANNIS PLVS MINVS
XXXI. ORCO PEREGRINO.

¶ Ibidem. Neapoli.

D. M.
IVLIO MAXIMO FR. PIENTIS-
SIMO MARTIA CHRYSOPOLIS
SOROR.

¶ Ibidem.

CAECILIA NICE VIXIT ANNOS
LIII. MENS. III. DIES X. FECIT
M OCABIVS MATRI PIENTISSIMAE.

¶ Neapoli in carcere vicariæ.

D. M.
VINICIAE A. F. RVFINAE
VXORI S. RARISSIMAE
L. IVLIVS TERTVLLVS
MARITVS.



¶ In domo Fernandi Ianuarii.

D. M.

M. AVRELIO PRIMO VICTORI
HYPERICHIO ALVMNO
DVLCISSIMO AVRELIVS
EVTYCHIANVS.

¶ Neapoli in Cliuo S. Barbaræ.

D. M.

MARCIAE MARCIANAE
AVCHARII PROCVLVS
ET PROCVLIANVS MATRI
SANCTISSIMAE.

¶ In S. Nicolao.

D. M.

OSTORIVM ITALIVS C. OSTO-
RIO ARITHINIONI CONLIBERTO
BENEMERENTI FECIT.

¶ In viridario Comitis Mathalonici.

DIS MANIBVS.

T. FLAVI DIOGENIS ALBANVS FILIVS
PATRI BENENERENTI.

¶ In æde S. Mariæ de libera.

D. M.

CALPVRNIAE BRAEMVSAE
FLAVIAE THIMELE MATRI
PIISSIMAE.

¶ Neapoli in S. Maria maiori.

M. AFINIO HYMNO RENATA VXOR.

¶ Neapoli.

D. M.
L· COCCEIO L· F· COGITATO
PARENTES. VIX· ANN· XX. M.
XI· MIL· COH· XI· VRB·

¶ In domo Bern. de Sigillo.

M· VECTIO M· F· PAPIO EQVO
PVBLICO PRAEFECTO COH.
VI· THRACVM.

¶ In domo Licinii Vilnimarini.

D. M.
PONTIAE L· F· CAPITOLINAE
M· MINVLLIVS M· F· EXORATVS
VXORI PIENTISSIMAE B· M·
VIXIT ANN· XIX. M· XI. DIEB· XIIX·

¶ In æde S. Martini.

DIS MANIBVS.
L. AEMILIVS T· L. VIX· ANN·
IIII. MENS· X· D. VIII·
ANTRONIA RVFILLA
FILIO PIISSIMO FEC·

¶ In æde S. Stephani.
D. M.
T· RASIDIO AMARANTHO.
VLPIA M. FIL·
FELICISSIMA
CONIVGI
SANCTISSIMO·

¶ Ibidem.

D. M.

LIMBRICIAE THEODORAE QVAE VIXIT AN. XXVIII. M. XI. FOEMINAE INCOMPARABILI VITRVVIVS APRILIS CONIVGI BENEMERENTI FECIT.

¶ Neapoli apud S. Andream.

DIS MANIBVS.

L. NARIO C. F. CL. V. PVDENTI VIX. ANN. XXVII. FECIT HOSTILIA PRISCA CONIVGI SVO PIENTISSIMO ET SIBI ET LVNIAE FVSTAE MATRI SVAE.

¶ Ibidem.

D. M.

M. AVILLI NYMPHI VIXIT ANNIS LXXX. NYMPHIANVS FILIVS ET SVCCESSVS LIBERT.

¶ In monte Pansylippo inuentum, per quem crypta Neapol. est excauata.

OMNIPOTENTI DEO MITRAE APPIVS CLAVDIVS TARRONIVS DEXTER V. C. DICAT.

¶ Neapoli.

DIS DEABVS SACR.
EX VOTO VICTOR AEDITVVS

¶ Neapoli sub porticu Comit. Magdelon.

D. M.

M. ANTONIVS IANVARIVS
HONORATVS AVGVSTALIS
MISENIS VIX. ANN. L.
TESTAMENTO PONI IVSSIT
M. ANTONIVS ALEXANDER
PATRONO INDVLG. CONSV-
MANDVM CVR. LIB. LIBERTA.
Q. F. H. M. SS. HH. EX. N. S.

¶ Neapoli non tamen antiquum.

ANTONIVS ROTA ET LVCRETIA BLANCIA
VIVI SIBI MONVMENTVM POSVERE, ET QVA
VIXERE CONCORDIA VT MORTVI QVOQVE
VNA CONQVIESCERENT, NEVE EORVM INQVIETA-
RENTVR OSSA CAVERVNT NE QVIS HOMO OM-
NINO MONVMENTVM SEQVATVR BENE VIVANT
BONI CONIVGES BENE ETIAM MORIVNTVR.

¶ Ibidem ad S. Thomam.

D. M.

OCTAVIAE QVINTAE MATRI
PIENTISSIMAE LVTACIA QVIN-
TILLA FILIA FECIT.

¶ Ibidem.

A. PACCIO RVFO, AED. Q. II.
VIR SCIRFVS AVG. L. SODAL.
SVO F. HOMINI SANCTISS.

¶ Ad S. Archangelum.

PHAINVS OCTAVIAE IVCVN-
DAE CONIVGI BENEME-
RENTI CONSERVATRICI.

¶ Ibidem.

D. M.
AELIO FORTVNATO MIL. N.
STAT PRAETOR ANTONIA-
NORVM SILVANIVS MARTINVS
COM MANIPVLVS ET HERES
BENEMERENTI FECIT.

¶ In Agro Auersano ad S. Maurum fragmen.

PASIANI CAESARIS.

¶ Ibidem.

D. M.
P. TERENTI O FELICI
SCRIBAE ET TRIBVLI P.
TERENCIVS NICEPHOR.
PATRONO OPTIMO.

¶ Ibidem.

D. M. S.
PRISCO ET IVSTAE IVSTI
FILIS AGRIPPINVS ET HEREN-
NIVS FRATRES FRATRIBVS
PIENTISSIMIS.

¶ Puteolis.

D. M.
P. AELIO PVTEOLANO
QVI VIXIT ANN. V. M. IIII.
D. XVII. HERON. GER-
MANVS ET PONTICE
FIL. DVLCISSIMO F.

¶ Puteolis in fronte Templi:

CALPVRNIVS L· F· TEMPLVM
AVGVSTO CVM ORNA·
MENTIS D· S· I·

¶ Puteolis ad S. Proculum.

L· COCCEIVS L· C· POSTHVMI·
L AVCTVS ARCHITECT [illegible]
[illegible]
CALPVRNIVS III. VIR·

¶ Ibidem in quadam Turri.

DEDICATA VI. IDVS AVG·
T· VITRASIO POLIONE II· M·
FLAVIO AGRO·

¶ Ibidem in quadam domo iuxta mare.

IN HOC EPITAPHIO MACERIA
CINCTVM ANNIAE MAXIMI
NAE ET ANNIORVM CELERIONIS
MAXIMINI ET CELERINATES
FILIORVM EIVS· QVAE EST
DOMVS AETERNALIS·

¶ Ibidem iuxta Theatrum.

G· HOROLOG· PO· RES
PVBLIC· REFEC.

¶ Parum à Puteolis versus Neapolim fragmentum:

AED. CVR· DE SVA PECVNIA I·
ORO VSQVE AD FINES
STRAN· M· SVMMO AD
EMPORIVM· STR·

¶ Puteolis.

MARIAI FIL. PROCVLAI
MARIA L. FIL. PROCILLA
SORORI PIISSIMAE
NOMINE SVO ET
MARIAE MVSAE MATRIS ET
MARIAE CAECILIAE PROCILLAE
FILIAE SVAE ET
M. CAECILI CAECILIANI
MARITI SVI.

¶ Ibidem in quadam domo.

D. M.
GALLINICI
VIXIT ANNIS XXIIII.
MENS. VIIII. DIEB. XX.
CASSIANI COMEDIA
ET GALLINICVS
PARENTES
FILIO PIENTISSIMO
ET RARISSIMO.


¶ Ibidem.

CLVVIVS M. F.
III. VIR
A V D I. II. VIR
NOLAE IIII. VIR
QVINQVENNAL.
AL DE SVO FACIVNDO
COERAVIT IDEM RESTITVIT
IOVI O. M. SACR.





¶ Inter Baias & Anuersam.



¶ Ibidem.

L. ASCONIO ELPICANO SODALI TITI VIX.
ANN. XIIII. MEN. VI. D. XII. ET LIVIAE RVF-
FINAE VXORI EIVS CASTISS. VIX. ANN.
LXXII. MEN. VIII. D. VI. QVAE ADFECTA
CINERIBVS CONIVGIS ADEO FVIT. VT AD
SECVNDVM NVLLO VNQVAM TEMPORE TRANSIRE
VOLVERIT. QVANVIS DIV SVPERVIVERET. ET
AETAS POSCERET, ET VALIDA NATVRA, VIRILEM
QVEM SEMPER SERVAVIT ANIMVM FIDEMQ.
PVDICICIAE QVASI MVTARE COMPELLERET
ET NE BREVEM DOMESTICAM PVGNAM CRE-
DAS, POST MARITVM VIX. ANN. L. M. VIIII.
Q. PISO. ELPICANVS P. PARENTIBVS
OPT. ET SIBI FECIT.

¶ Ibidem.

D. M.

SEX. VALERIVS MERCVRIALIS AVGVR. T. LABIENO
FESTINO ALVMNO DVLCISS. VIX. ANN. XVI.
HORIS XVIII. S. HVNC A DIS SENECTVTIS MEAE
SERVATVM SPEM DELITIASQ. VVORAX
ASPVLIT ORCVS OPTO SI QVID OBLECTANEVM
APVD MANES EST PRO NEQVITIIS IOCISQ.
QVIBVS COEVOS CAPIENS ME OBLECTARE SOLEBAT
INSONTEM ANIMVLAM REFICIANT. IN H. S.
SIVE SERVVS SIVE LIBERT. SIVE LIBER INFERA-
TVR NEMO. SECVS QVI FECERIT MITEM ISIDEM
IRATAM SENTIAT ET SVORVM OSSA ERRVTA
ATQVE DISPERSA VIDEAT.

¶ Capuæ.

INFERRI HOC NON LICET NISI QVORVM
NOMINA SCRIPTA SVNT, ET QVIBVS
CAVERO M. POMPEIO ITHACO POMPEIAE
VRBANAE ITHACI CONLIBERTAE.

¶ Ibidem vetustissimum.

STABERIAE P. L. FLORAE OSSA HEIC SITA SVNT
ROGO TE MI VIATOR NOLI MI NOCERE
ROGO TE MI VIATOR NOLI MI NOCERE.

❧

¶ Capuae.

Q· TIBVRTIO Q· L. MENOLANI
CVLTRARI OSSA HEIC SITA SVNT.

¶ Ibidem.

D. M. S.

ZETVS CAMPANO FILIO PIO
FECIT ET SIBI ET CONIVGI
KALLAIDI QVI VIXIT ANNIS
XXXIII· MENSIBVS X· DIEBVS XI.

¶ Ibidem.

IDIAE Ͻ· L· FIL· VLTERINI
L· FIDIVS Ͻ· L. AVCTVS
PATRONAE ET SIBI.

¶ Ibidem.

C. MANNEIO C· L· NICEPHORO
ARBITRATV PAMPHILI L·

¶ Ibidem.

D. M. S.

ITEIO IVSTO FILIO HIC SITO

¶ In quodam lapide.

D. M. S.

Q. ANNIO IANVARIO EXACTORI
OPERVM PVBL· ET III
PATRI [illegible] AMENTIS· HVIC
ORDO DECVRIONVM OB MERITA
EIVS HONOREM AVGVSTALITATIS
GRATVITVM DECREVIT. VIXIT
ANNIS LXXI· VIVOS SIBI FE-
CIT POSTERISQVE SVORVM·

¶ Capuæ in ponte.

IMP. CAESAR AVG· M· AVRELIVS
ANTONINVS PIVS FELIX AVG.
PARTHICVS MAX· BRITANNICVS
MAX. P. M. P. P. COS. III· DESIG·
IIII· V T V DIAM INVNDACIONE
AQVAE IN FERVLLAM RESTITVIT·

¶ In ingressu pontis eiusdem.

D. M. S.

T· LAVTVS F. LIB. SALVTARI
AVGVSTALIS SIBI ET TIRIAE
FELICITATI CONIVGI BENE,
MERENTI NEGOCIAS CAL,
CARIARIVS VIVVS FECIT·

¶ Neapoli in quodam sepulchro.

FVI NON SVM· ESTIS NON ERI,
TIS· NEMO IMMORTALIS·

¶ Capuæ.

PVBLILIA SEX· PVBLILIO SEX·
L· L· TITIO OPTATO SEX·
L· FISTIA TRVPHONI PA,
TRONO SVO FIERI FECIT·

¶ Ibidem.

HORDIONIVS HORDIONIA
Q· HORDIONIVS Q· HORDI;
L· Q· L. Q· L· Q· Q.
I· L· S· PHILVMINA SVRVS
SIBI ET PATRON.

¶ Ibidem.

SEX FVRIVS SEX. L. CHILO SVIS.

¶ Neapoli apud Castell. Capuanum.

D. M.
CN. POMPEIVS EVPHROSINVS
ET LVNIA GEMELLA VXOR
EX OMNIBVS BONIS SVIS HOC
SIBI SVMPSERVNT.

¶ Capuæ.

HIC EST POSITA VRSA VIRGO
TOTIVS BONITATIS QVAE
VIXIT ANNOS XIII. M. V. D. V.
IN MARI. H. M. SS. E. H. N. S.
IN. F. P. XII. IN AGR. P. XII.

¶ In Ecclesia S. Angeli non longe à Capua.

P. AELIO P. FIL. PHILOLOGO
AVG. DECVRIONI CAPVAE
ORNATO SVAM II. VIRAL.
AELIA APHRODISA
MATER EI SIBI FECIT.

¶ Ibidem.

C. NASENNIVS C. L. RVFIO
SIBI ET SVEIS FECIT.

¶ Ibidem.


LIBERIORVM ET FAMILIAE
AERAR [illegible] E POPILIANAE
Q. POBLICI Q. F. FIL.



¶ Ibidem.

L· VOLVSI THREPTI AVG· CAP·
CONIVGI KARISSIMO CVM
QVO VIXIT ANN. XXXX·
VOLVSIA PRIMITIVA ET VOLV·
SIAE EXPECTATE FILIE
SIBI QVE VIVA FECIT·

¶ In Agro Capuano in villa S. Petri
vbi Capua antiqua erat.



L· ALFIVS MAXIMVS VIVVS
SIBI ET MEMORIAE ALFIAE
CHRYSOPOLIS VXO·
RIS SVAE BENE DE SE
MERENTAE FECIT·

¶ Ibidem.

C· POMPONIO C. F. TER·
CAPIT· DEC· CALENO C.
POMPONIO C· L·
PHILEROTI SEVIRO
AVGVSTALI POMPO·
NIAE C· L. NICE

¶ Capuæ.

L· ALFIVS L· L· NASENNIA
NASENNIA I· L. CERDO· D·
S. F. Ↄ Ↄ. L· PROTABILEM AVO·
H· S S· IN FRONTE PEDVM
IIII· IN AGR· PEDES IIII·

¶ Ibidem.

HOSTILIAE L. L· RIL·
O. H. S. S·
CENTIVS CONLIBERT·

¶ Ibidem.

M· VALERIO HOMVLLO
COS. PATRON· COL· D D·

¶ Ibidem.

REW· C. L. ANTIGANO
N M X NAGES LIB· PATRONO.

¶ Ibidem.

SACRATORIA LAVDICA·

¶ In Agro Capuano in villa S. Petri.

CAESELLIAE Ↄ· Q· L. HYMNINIS
OSSA HEIC SITA SVNT HELENA
L· D. DE SVO FECIT·

¶ Ibidem.

D. M.
P. ANVARIAE AN Z K AVVIII X P
FIL· PIEN. BENEMERENTI
MATER FECIT·

¶ In eadem villa.

FRIMA SATRIA D. L. ATHE-
NIO FILIA VERNA.

¶ Ibidem.

L. BILIENVS MARATHVS COR-
NELIAE PREIMAE ET SIBI.

¶ In via Capuana ad S. Mariam.

M. PASIDIO M. MIL. MASCVLO
ET FAVIRAE FILIAE O. H. S S.

¶ Capuæ.

N. PVMIDIVS Q. F. M. RAECIVS Q. F.
M. COTTIVS Q. F. N. ARRIVS M. F.
M. EPILIVS M. F. L. HEIOLEIVS P. F.
C. ANTRACIVS C. F. C. TVCCIVS C. F.
L. SEMPRONIVS L. F. Q. VIBIVS M. F.
P. CICEREIVS C. F. M. VALERIVS L. F.
HEISCE MAGISTREIS VENERVS (Z. M.
IOVIAE MVRVM AEDIFICANDVM
COIRAVERVNT PED. CCLXX ET
LOIDOS FECERVNT. SER.
SVLPICIO M. AVRELIO C. Q. F.
M. CLOELIO M. F. ARABO
HORDIONIA A. L. ZOSARI.

¶ Capuæ ad S. Trinitatem.

HYPP. EGNAT. T. T. NEP. AED.
VIRIDI CVM CERERE ERYMNI
IN FRACTA HH. SS. ERI-
GVNT POSTARITAS DISTE NT
FILIOLA VIVIT.



¶ Capuæ ad S. Benedictum in pauimento.

TE TIBI VNA QVE ES OMNIA DEA ISIDIS ARRIVS BALBINVS· V·C·

¶ Placuit huc ponere ob rei cõmoditatem, quæ à nõnullis traduntur scriptoribus, Osiridis uidelicet & Isidis deorum sepulchra in Nysa Arabiæ sita esse, & illhic vtriq; dicatam columnam sacris sculptam literis inq; Isidis columna hæc scripta est:



EGO ISIS SVM AEGYPTI REGINA A MERCVRIO ERVDITA, QVAE EGO LEGIBVS STATVI NVLLVS SOLVET. EGO SVM MATER OSIRIDIS. EGO SVM PRIMA FRVGVM INVENTRIX. EGO SVM ORI REGIS MATER EGO SVM IN ASTRO CANIS REFVLGENS, MIHI BVBASTYA VRBS CONDITA EST. GAVDE GAVDE AEGYPTE, QVAE ME NVTRISTI.

ISIDI cur cornua iunguntur.

¶ Veteres addunt cornua capiti eius, cum propter aspectum ita enim Luna uidetur quo tempore primis diebus apparet, tum quia Bos ei ab Aegyptiis, apud quos summa in veneratione habetur, sacrificatur.

¶ Nomina ISIDIS.

Quidam Isidem, alii Cererem, quidam Thesmophoriam, alii Lunam, nonnulli Iunonem, alii alio nomine appellant.

¶ Capuæ.

D. M. S.

HERIAE SILVINAE VIXIT ANN.
XVII. M. VII. C. HERIVS LV-
CARIVS ET HERIA VALENTINA
FILIAE BENEMERENTISSIMAE.

¶ Ibidem.

D. M. S.

P. MARCIVS AMERINVS
AVGVSTALIS CAPVAE VIVOS
SIBI ET MARCIAE CELERINAE
CONIVGI CILINAE FECIT.

¶ Ibidem.

Q. FABIO Q. L. BARNEO API-
CVLA LIBERTA FECIT.



INSCRIPTIONES VMBRIAE SEV
DVCATVS. SPOLETANI.

¶ Rauennæ in æde S. Ioannis Euangelistæ.

CLAVDIVS
ASTERIVS SIBI
ET NVNNITAE
CONIV. KARISS.
VIVI POSVER.

¶ Ibidem in æde S. Vitalis.

SERGIA OLIMPIAS. SIBI ET
L. SERGIA RVFO F. ET
L. CATILIO THESPIO.

GERVLANIAE
ARTHEMISIAE
L. ANN. VELOX
MATRI PIENTISSIM.

¶ Rauennæ in æde S. Ioannis Euangelistæ.

BETVLIAE PROCVLAE
L. BETVCIVS PROCVLVS ET
CAESIA VICTRIX
PARENTES FILIAE PIISSIM.
VIXIT ANN. XVI. D. XXX.

¶ Rauennæ.

OLIAE P. F.
TERTVLIAE
V. ANN. XV. M. VIII. D. X.
OLIVS TERTVLIANVS
FIL. PIENTISSIMAE ET SIBI.

¶ Etiam Rauennæ nuper repertum.

D. M.
PORTITORI PLVTONI ET PROSERP.
HAVE IVLIA C. FIL. MAXIMA FOELIS.
DOM. TORMENT. SALON ANIMVLA
DVLCIS, ANIMVLA SVAVIS, ANIMVLA
IN DEORVM NVMERVM RECEPTA,
VNDE TALE QVANDO TALE ET CVI
TALEM V. A. LIX. MEN. VI.
D. XII. HORA. NOC. IX. T. SCRIBONIVS
BARBVLA CONIVGI INCOMPARABILI B. M. P. C.
ET INFRA SIT PED. V. V. C. ARRIO MARIN.

¶ Rauennæ.

HERENNIAE CIPARAE FILIAE INNO-
CENTISSIMAE QVAE VIX. ANN. VII.
MEN. X. L. HERENNIVS FELICISS. ET
CASSIA CIPARE PARENTES INFELICISS.

¶ Rauennæ ad portam auream.

TI· CLAVDIVS DRVSI· FIL,
CAESAR AVGVSTVS GER·
MANICVS PONT· MAX, TRIB·
POT. II, COS· DESIG· III· IMP,
III, P· P· DEDIT,

¶ Rauennæ.

OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII
FABR. M̅. R̅. ++S. 8. N̅. LIBERALITATE DONA-
VIT SVB HAC CONDITIONE VT QVOT
ANNIS RHOSAS AD MONIMENTVM EIVS DEFE-
RANT, ET IBI EPVLENTVR DVMTAXAT
IN V. ID. IVLIAS, QVOD SI NEGLEXERINT
TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE
DEBEBIT, CONDICTIONE SVPRA DICTA.

¶ Rauennæ in Ecclesia S. Vitalis.

D. M.

P· VARI POLICARPO ET CASSIAE
CASSIANAE CASSIVS P· F· C A M
IVSTVS SORORIBVS SANCTISS·
ET P· VARI, CASSIANO
FRATRI PIENTISSIMO POSVIT,

¶ In Templo diuæ Mariæ Rauennæ.

FLAVIAE Q. F. SALVTI CONIVGI CARISSIMAE L.
PVBLICIVS ITALICVS DEC. ORN. ET SIBI V.
POSVIT.
HIC COLL. FABR. M̅. R̅. ++S XXX̅. N̅. V. DEDIT
EX QVORVM REDDITV QVOTANNIS DECVRIONIB.
COLL. FABR. M̅. R̅. IN ADE NEP. QVAM IPSE EX-
TRVXIT DIE NEPTVNALIORVM PRAESENTIBVS
SPOR. * BINI DIVIDERENTVR ET DEC.
XXVIII. SIVE * CENTENI QVINQVAGENI
QVOT ANNIS DARENTVR. VT EX EA
SVMMA SIC. V. SOLITI ARCAM PVBLICIORVM
FLAVIANI ET ITALICI FILIORVM, ET ARCAM

IN QVA POSITA EST FLAVIA SALVTARIS VXOR
EIVS ROSIS DE * XXV. SACRIFICENT QVAE EX XXII.
ET DE RELIQVO IBI EPVLENTVR OB QVAM LIBERA-
LITATEM COL. FABR. M. R. INTER BENEMERITOS
QVOTANNIS ROSAS PVBLICIIS SVPRA SE ET
FLAVIA SALVT. VXORI EIVS MITTENDAS EX * XXXV.
SACRIFICIVMQ. FACIVNDVM DE XX. ++S
PER MAGISTROS DECREVIT.

¶ Ibidem.

F. I. DICAT.
CINERES ET OSSVA LAODICEAE PHILOCAPTAE
HIC SITA SVNT PERPETVAE MEMORIAE FACTI
ET INFAMIAE CAVSA, QVAE INSACIABILI VENERE
EXHAVSTA SVBTER VIVO VIRO MORTVA EST
VIX. ANN. XXIII. MEN. VIII. D. IIII.
INFELICISSIMI PARENTES TACITO NOMINE
EXTRA SORTEM AD RVDERA POSVERE.
O VORAGINEM EXVRIENTEM.

S. S. S.
EST F. F. F. F. F.
R. R.

¶ Tipherni quod nunc Ciuitas Castelli
dicitur in S. Florido.

VENIA P. F. TIFERNIAE SABINAE
FIL. TIF. PRVDENTIS EX TESTAMEN-
TO PATRIS ARVNTINA AMPANA
NEPTIS AMPI DEXTRI HERE-
DIS POSVIT L. D. D. D.

¶ Ibidem.

FAVSTINAE AVG.
AVRELII CAESA-
RIS D. D.

¶ Ibidem.

C. ANIVS C. F. POMP. GALLVS
DOMO ARRETIA LEG. IIII. SCYTH.
MILITAVIT IN PR. AN. XXVII. EVOC.
AN. II. S. IN LEG. IIII. SCYTHIA AN.
XXIIII. VIX. AN. LX. MERV. AN.
XXXVIII. H. S. E. ATIMETVS
L. EX TESTAMENTO F. C.

¶ Tipherni.

C. TIFERNVS C. F. CLV. SA-
BINVS VIX. AN. XV.

¶ In Suburbio Spoleti in Templo S. Gregorii.

M. SEPTIMIO M. FIL. HOR. SEPTIMI-
ANO EQVO PVBL. IIII. VIR. I. D. PRAE-
FEC. FABR. ROMAE DIE. IIII. S. C.
AMILIARI OPERE VETERES
ASTAENA PATRONO OB ME-
RITA EIVS LIBER. D.

¶ Apud Spoletum in æde S. Pontiani.

TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS ET LEG V.
MACEDONIC. HIC. LEGAVIT TESTAMENTO MV-
NICIP. HS. LXVI. C. MONET EX REDITV EIVS
SVMMAE QVOD ANNIS VIII. IDVS NOVEMB.
NATALE SVO MVNICIPIB. AEPVLVM ET
CRVS. ET MVLSVM DARETVR.

¶ Spoleti in Ecclesia S. Georgii.

D. P. VALE QVI LEGERIS LVBENS
PICENTIA LEGITIMAE NEOPHITIAE
DIE KL. V. SEPT. CONSIGNATA A
LIBERIO P. F. FL. HOSPITIANVS MARITVS
VXORI BENEMERENTI DVPLICEM SARCOPHAGVM
CVM TITVLIS HOC LOCO EI POSVIT ET MARITO.

¶ Montoini in Ecclesia S. Mauritii.

C· SERTORIVS L· F· OVF· TER·
TVLIANVS VETERANVS LEG.
XVI. CVRATOR CIVIVM
ROMANORVM MONGOTIARII·

¶ Ibidem.

V. F·
C· IVLIVS C· F· PRIMIGEN. SIBI
ET VIRIAE VERAE VXORI
BENEMERITAE ET CASSIAE
MANSVETAE MATRI PIISSI·
MAE ET MARTIAE·

¶ Comerini repertum àd secundum lapidem.

Ↄ· TIBVLLA C· SEMPRONI· F·
MANI· L· NEP.
INFERNO PLOTONI
TRICORPORI OXORI CAR·
PROSERPINAE
TRICIPI Q· CERBERO
MVNVS MECVM FERENS
DAMNATAM DEDO ANIMAM
ƎIFAM HOC ME CONDO MO·
NIMENTO NE OBRVTIS
DOMVS LAPSV FILIIS SEX.
QOS· P. SCIPIO PATRIIS CA·
MERTIBVS A SALO ET LYBIA
INCOLVMES RESTITVERAT
INDESOLATA ORBITATE SV·
PERSIM MISERA ƎIX. ANN·
XXXXX· MEN. I· DI· VI· HOR.
SCIT NEMO.

QVIETEM POSTERI NON
INFIDEANT QI SECOS
MANES SENTIET IRATOS
IN FRON. P. XX. IN AGR.
PEDES XXXIX.

¶ In Tripuntio prope Nursiam in flumine.

C. POMPONIVS C. F. L. OCTAVI-
VS CN. F. Q. D. S. S.

¶ Reatæ in porticu diuæ virginis sedis Pontificalis
Quod repertum à patre Pomponio primum
lectum est, & explanatum.

SANCTO FIDIO SENI PATRI.
DE DECVMA VICTOR TIBIEI LVCIVS
MVNIVS DONVM MORIBVS ANTI-
QVEIS PRO VSVRA HOC DARE
SE SE IVSSVM ANIMO SVO PER-
FECIT. TVA PACE ROGANS
TE COLENDEI DISSOLVENDEI-
TV VT FACILIA FAXSEIS. PERFICIAS
DECVMAM VT FACIAT VERAE RATIO-
NIS PROQ. HOC ATQ. ALIAIS
DONIS DES DIGNA MERENTI.

¶ Reatæ.

D. M.
L. ALBINIVS RESTITVTVS V. A. XXV.

¶ Reatæ apud S. Petrum.

C. CARANTIO C. F. VOLTIMA
VERECVNDO VIENNAE VETERANO
COH. VII. PR. DEDVCTO A DIVO VES-
PASIANO REATAE ET CARANTIO
PHEBO ET CARANTIAE EPENALIENI.

¶ Reatæ in domo D. Petri de Sanctis:

DIS MANIBVS.
C. IVLIO C. F. LONGINO DOMO VOLTINIA
PHYLIPIS MACEDONIA VETERANVS LEG. VIII.
AVG. DEDVCTVS AB DIVO AVGVSTO VESPA-
SIANO, QVIRIN. REATAE SE VIVO FECIT SIBI
ET IVLIAE C. LIBERTAE HELPIDI CONIVGI
SVAE ET C. IVLIO C. LIBERTO FELICI ET POSTE-
RISQ. FECIT C. IVLIO C. F. DECEMBRO ET IVLIAE
C. L. VERIANAE ET C. IVLIO C. L. PROSODO.

¶ In Suburbio Reatino:

D. M.

CORNELIAE DORCADI M. AV-
RELIVS PAVLLVS CONIVGI IN-
COMPARABILI CVM QVA VIXIT
ANNIS XXVII. SINE VLLA
QVERELLA.

¶ Reate.

T. FVNDILIO GEMINIO VI. VIR AVG. MAG.
IVV. AVGVSTALES PATRONO ET QVINQ. PER-
PETVO OPTIME MERITO. HIC ARCAE AVGVSTA-
LIVM SE VIVO HS XX. DEDIT. VT EX REDDITV
EIVS SVMMAE DIE NATALI SVO IIII. K. FEBR.
PRAESENTES VESCERENTVR, ET OB
DEDICATIONEM STATVAE DECVRIONIBVS
ET SEVIRIS ET IVVENIBVS SPORTVLAS ET POPVLO
EPVLVM ET OLEVM EADEM DIE DEDIT.

¶ Reatæ in Gripta b. Ioannis Euangelistæ.

D. M.

P. IVLIO MAXIMO
FILIO DVLCISS.
PARENTES.



¶ Iteramnæ in platea.

A· POMPEIO L. F· CLV· Q· PA-
TRONO MVNICIPI ITERAMNA
MARTIS QVOD EX MVLTIS PE-
RICVLIS ET DIFFICVLTATIBVS
LIBERATVM ET CONSERVA-
TVM EST EX TESTAMENTO
L· HAEC STATVA STATVTA EST
DEDIC· IDIB· IVL· IMP· AVRELIO
ANTONINO AVG· PIO· FELII·

¶ Ibidem.

GENIO MVNICIPI ANNO POST
ITERAMNAM CONDITAM
DCCIIII· AD CN. DOMITIVM
HENOBARBVM.

¶ Ibidem.

SALVTI PERPETVAE AVGVS-
TAE LIBERTATIQ. PVBLICAE
POPVLI ROMANI·

¶ Ibidem.

PROVIDENTIA TI· CAESARIS
AVGVSTI NATI AD· AETERNITA-
TEM ROMANI NOMINIS SVBLATO
HOSTE PERNICIOSISSIMO P· R·
FAVSTVS TICIVS LIBERALIS VI·
VIR·AVG· ITER· P· F. S. C.

¶ Ibidem.

HAPRISINA L. F. MATER C·
VALERIVS C. F· C· L· V.

¶ Interamnæ in domo D. Philippi.

C· CVRIVS Ɔ L. DIGNVS P. CATILIO
P. L· SERRANO P. CATILO PRIMO
MVTTIENAE Ɔ· L. DICAE MVTTIE-
NAE T. L· DIONISIAE PRIMIONI·

¶ Iteramnæ.

T. FL. T. F. CLV. ISIDORO EQ. ROM. PATRI
DVORVM EQ. PVB. OMNIBVS HONORIB. HONESTE
FVNCTO QVINQ. II. AVGVRI SACER PONT. PRAET.
SACROR. PATRONO MVNICIPII ITERAMNAT
NART. CASVENTINO & VINDENATIVM V. B·
ET QVIDQVID IN EGRGIVM HOMINEM
LAVDIS DICI POTEST IN HOC SIT BENEFICIO
NATVRAE CONLATVM. POSSESSORES INQVILINI
NEGOTIANTES VIAE STRTAAE CVLTORES
HERCVLIS RARISSIMO L. D. D. D.

¶ Iteramnæ in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum.

M· GEMINIVS PHILISCVS GEMI-
NIAE TERPSIDI VXORI TRI-
PHONI PRINCIPI LIBERTATIS·

¶ Ibidem.

HILARIVS NERONIS CAESARIS
CORPORE CVSTOS NATIONE
FRISAEO. VIX· A· XXXIII·

¶ Ibidem.

DIOCLES TI. CAESARIS MINIS-
TER GERMANICIANVS NATIONE
GALLOGRAE. V· A· XXXV·

¶ Ibidem.

PRIMVS C· CEESARIS GERMANICI
FI· CVBICVLARIVS V· A· XXX·

¶ Iteramnæ.

CLODIA M. L. SECVNDA. O QVANTA PIETAS FVERAT IN HAC ADVLESENTIA, FIDES. AMOR. SENSVS. PVDOR, ET SANCTITAS. NOLI DOLERE AMICA EVENTVM MEVM. PROPERAVIT AETAS. HOC DEDIT FATVS MIHI.

¶ Ibidem.

C. PEDIANVS CCL. EVCHARISTVS V. A. LX.

¶ Iteramnæ.



¶ Iteramnæ.

C· POMPONIVS COHORTE IIX,

INSCRIPTIONES PICENI SEV MARCHIAE ANCANITANAE.

¶ Pisauri in domo D. Pandulfi.

D. M.
PETRONII ANTIGENIDIS·

Tu pede qui stricto vadis per senta viator
Siste rogo, titulumq; meum ne spreueris oro.
Bisquinos annos, mensesq; duos, duo soles
In superos feci, tenere nutritus, amatus
Dogmata Pythagoræ sensi, studiumq; sophorum
Et libros legi, legi pia carmina Homeri.
Siue quod Euclides Abaco præscripta tulisse.
Delicias habui pariter lususq; procaces
Hæc Hyarus mihi contulerat pater ipse patronus
Si non infœlix contraria fata habuissent
Nunc vero ad infernas sedes Acherontis ad vndas
Tetraq; tartarei per sydera tendo profundi
Effugi tumidam vitam, spes, forma valete
Nil mihi vobiscum est, alios deludite queso
Hæc domus æterna est, hic sum situs, hic ero semper.

¶ Pisauri apud ædem diui Dominici in via publica.

M· NAEVIO
M· F. PAL· IVSTO
AEDIL. CVR·
COL· FAB· OB
MERITA
M· NAEVI CAESARI
PATRIS
L· D· D· D·




¶ Pisauri.

D. M.

PETRONIA NITE ET ALCIBIADES
ALCIBIADI FIL. DVLCISSIMO ET
DESIDERANTISSIMO CVIVS
MORS DECEPIT PATREM SVVM
Q. V. A. XX. M. VII. D. XX. ET
IVCVNDAE MATRI EIVS CVM QVA
VIX. A. XV. ET FELIDAE ALVMN.
SVAE Q. V. A. VI. M. VI. B. M. FECER.
SIBI ET SVIS POST. EORVM.

¶ Pisaur.



¶ Pisauris

D. M.

AGABRORIVS
FELIX·
VIVOS SIBI FECIT ET MIN-
DIAE EPITEVXI CONIVGI
KARISSIM· ET INCONPARA-
BILI ET MINDIAE CLAVDIANAE
FILIAE NATVRALI LIBERTIS
LIBERTAB· Q· POSTERISQ·EOR·

¶ Vrbini in S. Francisco.

VELETIAE L. F· EVMANTIAE
L· ANNEVS L· F. FIRMVS
VXORI OPTIMAE·

¶ Vrbini.

C. CESTIO C. F. STEL. SABINO TRIB. COH. XIII.
VRB· PP. LEG. I. ADIVTRICIS P. F. > LEG. VIII.
AVG. EX TERCENARIO > COH. VIIII. PR. >.
COH. VIII. VRB. > LEG. II. ADIVTRIC.
PIA FID. ET LEG. VI. CLAVD. P. F. DONIS
DONAT. AB IMP. ANTONINO AVG. HASTA
PVRA IIII. VIR. I. D. PATRONO MVNICIP.
VRBS VRBANA ET HONORE V. S.

¶ Ibidem in Marmore.

C. VESNIO C. F. STEL. VINDICI POPVLI VRVINI
PATRONO SVO ET MVNICIPII. AEDIL.
IIII. VIR VIAR. CVRANDARVM. TRIBVN
MILIT. LG. VIII. AVG. QVO MILITANTE
CVM LIBERATA ESSET NOVIA OBSIDIONE, LEGIO
PIA FIDE IS CONSTANS COMMODA COGNOMINATA
EST. IPSE VT DEVOTISSIMVS IMPERATOR COMMODO
AVG. PIO FELICI OBIECTO HONORE QVAESTOR
DIGNATVS EST ANNOR. XXIIII. DVVXIT OB DEDI-
CATIONEM BIGAE DECVRION. SINGVL. X V.
COLLEGIS OMNIBVS VIII. PLEBEI ET HO-
NORE VS.S. X III. L. D. D. D.

¶ Mathelicæ in Ecclesia S. Blasii.

C. ARRIO C. FILIO COR. CLEMENTI MILITI IX.
COH. PR. EQVITI COH. EIVSDEM DONIS DONATO
AB IMP. TRAIANO TORQVIBVS ARMILLIS
PHALERIS OB BELLVM DACICVM SINGVLARI
PRAEFECTORVM PR. TESSARARIO OPTI-
ONI FISCI CVRATORI CORNICAL. TRIBVNI
EVOCATO AVG. › COH. I. VIGIL. › STATVORVM ›
COH. XIIII. VRBIS › COH. VII. P R. TERCENARIO
DONIS DONATO AB IMP. HADRIANO
HASTA PVRA, CORONA AVREA ›
LEG. III. AVG. PRIMIPILARI II. VIR
QVINQVENALI PATRONO MVNICIPII
CVRATORI REI PV. DECVR. ET AVGVR V.
FACTVRA LAPIDIS MVNICIPES MATIL.

¶ Anconæ.

PLOTINAE
AVG.
CONIVGI AVG.

¶ Ibidem.

DIVAE
MARCIANAE
AVG.
SORORI AVG.

¶ Elogium repertum in Agro Piceno
à Cyriaco Anconitano.

IMP. CAESARI L. VERI AVG. FILIO DIVI PII
NEPOTI, DIVI HADRIANI PRONEP. DIVI
TRAIANI PARTH. ABNEP. DIVI NERVAE
ABNEP. L. SEPTIMIO SEVERO PIO
PERTHINACI AVG. PARTHICO MAXIMO
ARABICO ET ADIABENICO PONTIF.
MAX. TRIB. POT. XIII. IMP. XI. COS. III.
P. P. COLONIA HELVIA RICINA
CONDITORI SVO.

¶ In Grifalco firmano.

IMP· CAESAR AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIM· PA-
RENS COLONIAE DEDIT·

¶ Apud Maceretum nouam in Piceno
Helu. Ricinæ Col.

NVMINI MERCVRI· SACR·
P· LICINIVS SATVRNINVS
P· F·

¶ Macereti.

IMP. CAESARI L. VERI AVG. FILIO DIVI.

¶ Hoc Epitaphium repertum est etiam in Agro Picentino à Cyriaco Anconitano, quemadmodum præcedenti columna apparet.

¶ Epitaphia Auximi reperta.

L· SALENO T· F· VEL SEDATO
VETERANO AVG· GG. ACCEPT·
HONEST, MISION· EX COHO· XLII·
VRBAN· PR· QQ· QVAESTORI
REI P. AVXIMAT· PATRONO
COL· LEG· CENTONARIOR
MANSVETA LIB· PATRONO OPTI-
MO CVIVS DEDICATIONE DE-
CVRIONIBVS SING. IIII· N· ET
COLONIS SING· IIII. N. DEDIT
L· D. D· D·

¶ Auximi.

D. M.

L· PRAESENTI L· LIB· FLORI VI·
VIR FI· AVG, L. PRESENTIVS L· LIB,
APR· IO· AMICO B· MER

¶ Auximi.

M· OPPIO CAPITONO Q· TAMV·
DIO Q. FIL· T· N̄· T· PR· N̄· VEL
MILASIO ANNINIO SEVERO
EQVO PVB· IVDICI SELECT· EX
V. DECVR. PRAEFEC· FABR·
PONT· QQ. II· Q· IIII· P· C. ET P.
CAESIS MVMIO· MVMAT·
IDEM QVINQ. COLONI OB
MERITA EIVS IN CVIVS DEDIC·
CENAM COL· DEDIT L. D·DD·

¶ Auximi.

C. OPPIO C. F. VEL BASSO P. P. P. C. PR. I. D.
AVX.) LEG. IIII. FL. FEL. ET LEG. II. TR.
FOR. EVOC. AVG. AB ACT. FORIBVS PR.
PR. MIL. COH. II. PR. ET COH. XIII. ET XIIII.
VRBA. OMNIBVS OFFICIIS IN CALIGA FVNCTO
CENTVRIONES LEG. II. TRAIANAE FOR TIS
ET OPTIMO ET DIGNISSIMO. IN CVIVS DED.
CENAM COL. DEDIT L. D. D. D.

¶ Ibidem.

C· OPPIO C· F· VELINO BASSO P· C·
PR· AVXIMO) LEG. III· F· L· FEL·
EVOC· AVG· AB ACTIS FORI 6.
PR. PR· SIGNIF· OPTION· CESSE·
COH· III· PR· MIL. COH· XIIII. ET
XIII· VRBANORVM COLL·
SENAT. AVXIM· PATR. OB
MERITA EIVS L· D· DD·

¶ Ibidem.

L· AVRELIO MARTIANO AVG· LIB·
EXCEPTORI AVXIMATES DD.

V

¶ Auximi.

C. OPPIO C. F. VEL SABINO IVLIO NEPOTI
M. VIBIO SOLEMNI SEVERO COS. ADLECTO
A SACRATISSIMO IMP. HADRIANO AVLI
INTER TRIBVNITIOS PR. PEREGR. CANDITO
AVG. LEG. PROV. BACTICAE CVR. VIAR.
CLODIAE ANIMAE CASSIAE CIMINAE TRIVM
TRAIANARVM ET AMERINAE LEG. LEGION.
XI. CL. P. F. LEG. AVG. PR. PR. PROVINC.
LVSITANIAE PATRONO COL. LEONAS LIB.
ADCENSVS PATRONI ET IN DEDIC STATVAE
COLONIS COENAM DEDIT.

¶ Ibidem.

L· PRAESENTINO L. FIL·
LEMPAETO LATTIO SEVERO
PRAEFECTO COH· IN AFR·
C. R· EQ. IVDICI SELECTO
EX V· DOC· PE. AVXIMI PAT
COL· AEDILI· II· VIR ANCO·
NAE VRBIA L· F. MARCELLA
FLAMINIA AVGVSTA MARITO
OMNIBVS EXEMPLIS DE SE
BENEMERITO ET IN DEDIC.
STATVAE CENAM COLONIS
ET EPVL· POP. DEDIT L· D· DD.



¶ Ibidem.

Q. PLOTIO MAXIMO COLLIN TREBELLIO
PELIDIANO EQ. PVB. TRIB. LEG. II. TRAIANI
FORT. TRIB. COH. XXXII. VOLVN. TRIB LEG.
VI. VITRICI PROC. AVG. PROMAGIST
XX. HERED. PRAEF. VEHICVLORVM
QQ. PATR. COL. ET SVO PON. COL.
FABR. AVXIM. OB EXIMIVM IMTER
MVNICIPES SVOS AMOREM.
L. D. D D.

¶ Auximi.

DEIS MANIBVS.
I· VLIAE Q· L· SABINAE MEDICAE
Q· IVLIVS ATIMEIVS CON-
IVGI BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

M. OPPIO CAPITONI Q. CAMVDIO Q. F.
TN. T. PRIN. VEL AMNIO SEVERO EQVO PVB.
IVDICI SELECT. EX V. DECVR. TRIB. LEG. VIII.
AVG. PRAEF. FABR. PATRONO COL. AVXIM.
ET COL. AESIS. ET MVNIC. NVMVNAT. ORDO
ET PLEBS TREIENS PATRONO MVNICIPI
CVRATORI DATO AB IMP. ANTONINO
AVG. L. D. D. D.

¶ Ibidem.

L· AVRELIO MARCIANO AVG· LIB·
EXCEPTORI AVXIMATES D. D·
M· AVG· LIB· PROC· PATER
H· A. I· REMISIT CVIVS DEDI-
CATIONEM DECVRIONIBVS
⋇ III. COLONIS ⋇ II· DIVISIT·

¶ Ibidem.

POSITA VI· KL· IVL· L. AELIO
CAESARE II· P· COELIO
BALBINO COS·

¶ Ibidem.

DEDICATI IDIB· IANVAR
PLAVTIO QVINTILIO
ET STATIO PRISCO COS.



¶ Auxumi.

AESCVLAPIO ET HYGIAE SACRVM.
C. OPPIVS C. L. LEONAS VI. VIR. ET AVG. HONORATVS IN TRIBV. CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ET ADVERSVS PATRONI SANCTISSIMIS COMMVNICIPIBVS SVIS D. D. QVORVM DEDICATIONE SINGVLIS DECVRIONIBVS Ӿ IIII. AVGVSTALIBVS Ӿ II. ET COLONIS CENAM DEDIT.

AESCV LAPIVS.



Hic Aesculapius est, quē Diodorus Siculus de Fabulosis antiquorū gestis, Libro 5. tradit Apollinis Coronidisq; fuisse filiū, eūq; ingenio preclarū medicinæ opera adinuenisse, adeoq; excelluisse artis peritia, vt q̄ plurimos desperata iā valetudine a morbo liberaret, ꝓpterea creditu nōullis defunctis vitā restituisse, eūq; ob illud a Ioue fulmine percussum. Ne vero ex nobis ipsis hanc imaginem ita effictā putes, optime Lector, scias desumpsisse ex Antiquitatibus Clarissimi, pia memoria, viri Bilibaldi Pirchameri Patritii Norinbergensis, qui quantum industriæ ac impēsarum in hæc veterum idola posuerit incredibile est, habuit vbiq; exploratores vetustatis, q huiusmodi signa vel alia antiqua & admiratione digna mitterent, ita q; verisimile est, & hoc simulachrū vspiā ex terra effossum esse, & olim ita in æs fusum, ex eo idolo, quod Arcades maximo in honore habuerunt. Teste Diodoro Siculi in Antiquitatum Lib. 5.

INSCRIPTIONES ROMANDIOLAE SEV FLAMINIAE.

¶ Arimini.

C. MARIVS COS. VII. PATER TRIB. PLEB. Q. AVG.
TRIBVNVS MILITVM. EXTRA SORTEM BELLVM
CVM IVGVRTA REGE NVMIDIAE GESSIT. EVM
CEPIT TRIVMPHANS. IN SECVNDO CONSVLATV
ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT, TERTIVM
CONSVL ABSENS CREATVS EST IIII. CONSVL
TEVTONORVM DELEVIT ERERCITVM. V. COS.
CYMBROS FVDIT EX ILLIS ET TEVTONIS ITERVM
TRIVMPHANS REM P. TVRBATAM SEDITIONI-
BVS TRIB. PL. ET PRAETOR V. QVI ARMATI
CAPITOLIVM OCCVPAVERAT VI. COS. VINDI-
CAVIT. POST LXX. ANNVM PATRIA PER ARMA
CIVILIA PVLSVS. ARMIS RESTITVTVS EST VII.
COS. FACTVS EST. DE MANVBIIS, CYMBRIS, ET
TEVTONICIS, AEDEM HONORI ET VIRTVTI
VICTOR FECIT VESTE TRIVMPHALI
CALCEIS PATRICIEIS.

¶ Arimini.

Q. F. MAXIMVS DICTATOR BIS COS. V. INTEREX. II.
AED. CVR. Q. II. TR. MILITVM PONTIFEX AVGVR
PRIMO LIGVRES SVBEGIT EX IIS TRIVMPHAVIT.
TERTIO ET QVARTO HANIBALEM CVM PLVRIBVS
VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COHER-
CVIT. MAGISTRO EQVITVM MINVTIO, CVIVS
POPVLVS IMPERIVM CVM DICTATORIS IMPERIO
AEQVAVERAT. EXERCITV PROELIGATO
SVBVENIT. ET EO NOMINE AB EXERCITV
MINVTIANO APPELLATVS EST CONSVL. QVIN-
TVM TARENTVM CEPIT TRIVMPHAVIT. DVX
AETATIS SVAE CAVTISSIMVS. ET REI MILITARIS
PERITISSIMVS HABITVS EST PRINCEPS IN
SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST.

¶ Ibidem in lateribus cuiusdam pontis.

IMP. CAESAR DIVI F. AVG. PONT. MAXIM. COS.
XIIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII.
P. P. TI. CAESAR AVGVSTI. F. DIVI IVLII N.
AVGVST. PONTIF. MAXIM. COS. IIII. INP. VIII.
TRIB. POTEST. XXII. DEDERE.

¶ Arimini in arcu ad portam flaminiam versus Romam fragmentum est.

COS. SEPTIMIO DESIGNAT OCTA-
VO. M. V. CELEBERRIMEIS
ITALIAE VIEIS CONSILIO
SENAT. POP.

¶ In ædibus Vrsinorum apud Campum Floræ.

VRSVS ALVS CIVIS SATRAPES EX
VMBRIA IN ARMIS FLORVIT ADOLES-
CENS VERO POSTQVAM FACTVS EST
AEQVATVM CAPITOLIVM RECONDIDIT
TABVLARVM LEGES SERVAVIT R.
P· A· FALISCIS LIBERAVIT QVIRITES
IN EXILIVM ACTOS REDVXIT PONTES
REFECIT PLEBEM PLACAVIT DIVISVM
IMPERIVM CONCILIAVIT· VIX. ANN.
XLVIII· MENS· X· D· IIII·

¶ Cui Elogio hoc sequens est subiectum.

VITVRIA VRSI API VXOR CARISSIMA
AVGVSTI CAES. NEPTIS QVAE DE PV-
DICICIA VERSVS CONDIDIT· VIX· ANN·
XL· MENS· X· D. III· EORVM SVPERSTI-
TES FILII OCTO FILIAE SEX PRO SE IP-
SIS POSTERISQ· EORVM.


¶ Romæ.

V· F· AVRELIAE MATERNIANAE CON-
IVG· INCOMP. QVAE VIX. AN. MECVM
XXII. SINE VLLA QVERELA AVRELIVS
LIBERALIS MARITVS·


¶ Romæ Pacuuii Poetæ monumentum.



ADOLESCENS TAMET SI PROPERAS
HOC TE SAXVM ROGAT, VT SE ASPICIAS
DEINDE QVOD SCRIPTVM EST LEGAS
HIC SVNT POETE PACVVII
MARCI SITA OSSA,
HOC VOLEBAM NESCIVS NE ESSES,
V A L E.
D. M.



¶ Romæ in Ecclesia S. Michaelis prope S. Petrum maiorem in marmore quadrangulo, à cuius fronte hoc reperitur Epitaphium cum subsequentibus literis Græcis.



D. M.
ATIMETVS PAMPHILI TIB. CAESA-
RIS AVGVSTI LL. ANCEROTIA-
NVS SIBI ET CLAVDIAE HOMO-
NOEAE CONLIBERTAE ET
CONTVBERNALI.
ΗΠΟΛΥ CΕΙΡΗΝΩΝ ΛΙΓΥΡΩΤΕ-
ΡΗ ΙΗ ΠΑΡΑ ΒΑΧΩΙ
ΚΑΙ ΘΟΙΝΑΙC ΑΥΤΗC ΧΡΥCΟ-
ΤΕΡΗ ΚΥΠΡΙΔΟC
ΚΑΛΛΙΗ ΦΑΙΔΡΗΤΕ ΧΕΛΙΔΟ-
ΝΙC ΕΝΘ ΟΜΟΝΟΙΑ
ΚΕΙΜΑΙ ΑΤΙΜΗΤΩΙ ΛΕΙΠΟΜΕΝΗ
ΔΑΚΡΥΑ
ΤΩΙ ΠΕΛΟΝ ΑCΓΑCΙΗ ΒΑΙΗC
ΑΓΟ ΤΗΝΔΕΤΟ CΑΥΤΗΝ.
ΔΑΙΜΩΝ ΑΠΡΟΙΔΗC ΕCΚΕ-
ΔΑC ΕΝ ΦΙΛΙΗΝ
PERMISSV PATRONI.
IN FRONTE LONGVM P. V.
LATVM P. IV.

¶ Vtcumq; redditi Latine.

Quæ suaui cantu vici Syrenas & inter
Mensas, sum cypria grata putata magis
Pulchra humana, vigens iaceo nunc hic Homonea
Nilq; Atimeto linquo nisi lachrymas,
Qui summo est semper me amplexus amore puellam
At deus iratus rupit amicitiam.

¶ Homoneæ doctissimæ ac probissimæ Romanæ Contubernalis Athimeti nobilissimi Romanorum Senatoris Epitaphium pietatis atq; elegantiæ plenum Romæ in marmoreo tumulo vetustissimis literis sculptū Autor loquitur.

Tu qui procedis secura mente parumper
Siste gradum quæso, paucaq; verba lege.

HOMONEA.

Illa ego quæ claris fueram prælata puellis
Hoc Homonea breui condita sum tumulo
Cui9 formam Paphiæ Charites tribuere decoram
Quam Pallas cunctis artibus erudiit,
Non dum bisdenos ætas mea viderat annos
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
Mœror Athimeti coniugis ille mei.

¶ In latere dextro eiusdem lapidis

Athimetus.

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus.
Quantulacunq; meæ debentur tempora vitæ
Pensassem pro te cara Homonæa libens,
At nunc quod possum, fugiam lucemq; deosq;
Vt te matura per Styga morte sequar.

HOMONEA.

Parce tuam coniunx fletu quassare iuuentam
Fataq; mœrendo solicitare mea
Nil prosunt lachrymæ, nec possunt fata moueri
Viximus hic omnes exitus vnus habet.



Parce ita, non vnquam similem experiare dolorem,
Et faueant cunctis numina cuncta tuis,
Quodq; meæ eripuit mors immatura iuuentæ
Id tibi victuro proroget vlterius.

Atimetus.

Sit tibi terra leuis mulier dignißima vita
Quæq; tuis olim perfruerere bonis.

¶ Romæ.

D M

IVLIAE SECVNDAE. F. CORNELIAE TYXES VXORIS.



ET FORMA SINGVLARI
ET MORIBVS PIISSIMIS DO-
CTRINAQ; SVPER LEGITTIMAM
SEXVS SVI AETATEM PRAESTAN-
TISSIMAE, QVAE VIX. AN. IX.
MEN. IX. DIES XX.

ET INCOMPARABILIS ER-
GA MARITVM ADFECTVS
SANCTITATISQ; ET EXIMIAE ERGA
LIBEROS PIETATIS QVAE VIX. AN.
XXXVIIII. MEN. IIII. D. VII.
EX HIS MECVM AN. X.

¶ Romæ in muro Sacelli S. Georgii sub Capitolio.

D. M. P. AELIVS AVG. LIB. PAN. THAGA-
TVS FECIT SIBI ET FLAVIAE AGATE-
MERIDI ET LIBERTIS LIBERTAB. Q.
POSTERISQ. EORVM.

Romæ in domo Vrsinorum in monte Iordano.

D. M.

TVLLIAE APOLLONIAE MATRI
FAVSTINVS AVG. LIB.

¶ Epigramma in via Appia effossum.

Qui colitis Cybelen & qui Phryga plangitis Attyn
Dum vacat, & tacita Dindyma nocte silent,
Flete meos cineres non est alienus in illis
Hector, & hoc tumulo Mygdonis vmbra tegor
Ille ego qui tantus parui cognominis hæres
Corpore in exiguo res numerosa fui.
Flectere doctus equos, nitida certare palæstra
Ferre iocus, astu fallere, nosse fidem.
At tibi dent superi quantum Domicilla mereris
Quæ facis exigua ne iaceamus humo.

¶ Iuxta Ecclesiam S. Andreæ.

D. M. TERTIAE AEMILIAE DIVAE
DIVI QVONDAM M. SCIPIONIS
AF. CONLIBERTAE AC VXORI
GRATISSIMAE QVAE VIXIT ANN.
XLII. MEN. LI. DIEBVS XVII.

¶ In domo Episcopi de Capharellis.

IVLIA PROCILLA VIX. AN. XIX.
AMARANTHVS CAESARIS.
AEDITVS AB CONCORDIA COIVGI
BENEMERITE POSVIT.

Hunc tibi perpetuo titulum gratissima coniunx
Corporis extincti dedicat ipsa fides
Vixisti mecum iuuenis carosq; per annos
Quos vita exegi dulciter ipse mea
Opto si qua fides remanet tulluris amicæ
Sit tibi perpetuo terra leuis tumulo.

¶ Romæ extra portam S. Pauli in ædicula quadam vbi nunc taberna vinaria.

TELAVIVS GENETHLIVS
NVMVL. DE BASILICA IVLIA
NATIONE BESS. SIBI ET CON-
IVGI LIBER. LIBERT. LIBER-
TABVSQ. DEINCEPS DE
DOMO SVA DESCENTIB. VIVVS
FECIT HIC IN IIII. STABVL.
AGITAVIT NVMQ.

¶ Ibidem in scalis cuiusdam Ecclesiæ:

D. M.

CLODIA SPERATA V. A. VIII.
CLODIA NIC. ET LAELIVS
SPERATVS PARENTES FECE-
RVNT.

¶ Ibidem.

C. VILIO C. F. PAL. CRESCENTI.

¶ In æde S. Thomæ.

D. M.

L. CLAVDIO TIF. QVIR. PROCV-
LETANO BENEMERENTI
CLAVDIA PROTILLA SOROR
FECIT VIX. AN. VIIII. MEN. IIII.
DIEB. XIII.


¶ In sepulchro quodam.

D. M. S.

VLP. ANTHIOCHIDI CON-
IVGI ET SIBI HILARVS
AVG. LIB. VIVVS FECIT.

¶ Romæ:

¶ Papinianus inter Iure conſ. longe celeberrimus, vnde & Iuris auditores Papinianiſtæ dicti Serbidii Sceuolæ diſcipulus & Seuero non propter affinitatem tantū, ſed ob virtutem in primis carus, cui & filios vni commendarit moriens huius vrna argentea cum hac inſcriptione inuenta eſt.



¶ In Porta Latina latere sinistro.

CORNELIVS Q. F. ST. SIBI ET
Q. CORNELIO Q. F. PATRI ET
NVMANTIAE AVIAE ET CORNE-
LIAE ET FVLMINAE SORORIBVS
C. VIBIVS C. F. MACER. ET C.
TREBATIVS RVFIO FACIVND.
CVRAVERVNT EX TESTAMENTO.

¶ In Templo S. Ioannis lateranensis.

D. M.
IVVENTIAE EVTYCHIAE CON.
CARISS. T. STATILIVS VALENS MIL.
CL. PR. RA. V. A. XX. M. P. C.

¶ Romæ.

D. M. BORTENNIA FESSA FECIT
VILLIO MAXIMO B. VIX. AN.
III. D. XXX.

¶ Ibidem.

D. M. ENODIAE FECERVNT PAREN-
TES QVAE VIX. AN. VIII.
MEN. VII. D. III.


¶ Iuxta portam S. Pauli extra muros.

Semicapri quicunq; subis sacraria Fauni,
Hæc lege Romana verba notata manu.
Hersilus hic iaceo mecum Marulla quiescit
Quæ soror & genitrix, quæ mihi sponsa fuit
Vera negas, frontemq; trahis: enygmata Sphyngos
Credis, sunt Pythio vera magis Tripode.
Me pater e nata genuit, mihi iungitur illa,
Sic soror & coniunx, sic fuit illa parens.

❧

¶ Romæ. Fasces & Secures Consulares.

¶ Ii Fasces fuere cum securibus, qui Consulibus ab apparitoribus præferri olim solebant, & quibus significabatur illis esse necis & vitæ in homines potestatem. Originem habuere ex duodecim Tusciæ populis, autoribus Dionysio & Floro ac Strabone in 5. Geographiæ, quibus Tarquinius ex Senatus permissu primum vsus est, præterea, virgas alligatas ferunt ex betula arbore fieri consueuisse, vt Plinius ostendit Lib. 16. Cap. 18.



¶ Sine titulo Rom.

CASTINIVS C· F· GALLVS C·
MARTIVS L· F· LV· CEN·
SORINVS COS· LX·

¶ Romæ vetustissimum Epigramma in capite pontis Iudeorum.

HOSPES QVOD DEICO PAVLVLVM EST
ASTA AC PELLEGE·
HEV EST SEPVLCHRVM HAVD PVLCH·
RVM PVLCHRAI FOEMINAE·
NOMEN PARENTES NOMINARVNT
CLAVDIAM·
SVOM MARIT· CORDE DILEXIT SOVO
GNATOS DVOS CREAVIT HORVNC
ALTERVM,
IN TERRA LINQVIT ALIVM SVB
TERRA LOCAT·
SERMONE LEPIDO TVM AVTEM
INCESSV COMODO,
DOMVM SERVANIT LANAM FECIT
DIXI AB EI.

¶ In quadam petra nuper reperta.

CRESCO PER CREPAS GAV·
DEO PERPLORAS INVIDE
MORERE·

¶ In ædibus S. Marci Transtyb.

OMNIS AETAS DE SVO
TEMPORE CONQVESTA EST·

¶ In eo lapide.

FELIX NIMIVM PRIOR AETAS·

¶ In domo Episcopi de Capharellis.

D· M· CN· CAESIO ZOSIMO TAFLI-
VS ZOSIMVS PATER ET CAESIA
CALIOPE MATER FECIT FILIO
KARISSIMO VIXIT ANNIS
XI· DIEBVS L·

¶ Ibidem.

V. AN· LII·
D. M· TI· CLAVDI SECVNDI
HIC SECVM HABET OMNIA·
BALNEA, VINA VENVS CORRVMPVNT CORPORA
NOSTRA. SET VITAM FACIVNT B. V. V.
KARO CONTVBERNIA FEC·
MEROPECES ET SIBI
ET SVIS P· E.

¶ In horto D. Baptistæ Iacobi Matthei in
regione Transtyberina.

FABIAE PYRALLIDI OPTIMAE
ET SANCTAE PATRON. DE SE
BENEMERIT. ARTEMISIVS
LIBERTVS.

Cunctorum hæc suboli sedem post morte relinquit
Ante tamen nato Coniuge & ante suo
Non dum secura dum flet maiestissima mente
Occidit & tristes decepit maesta fouendo
Set nos solliciti memore sq; parentis amore
Matrem cum nato Coniuge cumq; suo
Securos colimus memores de nomiue nostro
Et faciet suboles multos memorata per annos
Sacra deis patribusq; suis memoresq; priorum
Et memores nostri nostrorumq; alta propago
Aeterno seruent semper memorabile nomen
Quisquis es aut olim nostra de stirpe futurus
Sis memor antiqui nominis & tituli
In quorum titulo datur hic esse locus
Et domus æterne tu tuerare focos.

¶ In Horto D. Baptistæ Iacobi Matthei.

I· O· M· SACR· VOTO PRO
SALVTE I X R X E X
AVG. GERMANICI PONTIFIC IS
MAXIMI TRIB· POT.
D· VETVRIVS ANTIGONVS
D· VETVRIVS S. P· F· PHILO
D. VETVRIVS ALBANVS
PATER CVM FILIS POSVIT.

¶ Ibidem.

DEAE SVRIAE SACR· VOTO
SVSCEP· PRO SALVTE I F F
D. VETVRIVS ANTIGONVS
D· VETVRIVS S. P· F· PHILO
D. VETVRIVS ALBANVS
PATER CVM FILIS POSVIT·

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS· GAVIAE TYCHAE·

¶ Ibidem.

D. M.
M· AVRELIO AVG· LIBERTIO A LI-
BELLIS ADIVTORI FABIA AEGENIA
CON· B. M· F·

¶ Ibidem.

P. SCANCIVS PHILETVS FE-
CIT SIBI ET SCANCIAE
NICE LIB. REQVIETORIVM
BENEFACERE SEMPER
STVDIOSVS FVI·

¶ Ibidem.

D. M.

P. SCANCIO IVLIANO P. SCANTIVS AVGVSTALIS PATER
ET SERVILIA C. F. ISIAS MATER
FILIO PIISSIMO FECERVNT
QVI VIXIT ANN. VIII. MENS.
V. DIEB. XII. HORIS VI. CVIVS ANNOS INGENIVM
EXCEDEBAT.

¶ Ibidem.

D. M. S.

M. AVRELIVS AVGG. N. N. LIB.
EPAPHRODITVS EXACTOR
OPERVM DOM. N. N. CORVM
ET LABERIA FELICITAS
FECERVNT SIBI ET SVIS
ITEMQVE LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE
EORVM HVNC MONIMENTVM EXTERVM NON SEQVITVR NISI DE NOMINE
VTRORVMQVE H. M. D. M. A. B.

¶ Ibidem.

D. M. C. CORNELIO COTTAE
C. CORNELIVS RESTVTVS
PATRONO F.

¶ Ibidem.

D. M. C. PAPIRIVS C. LIB. FELIX. FORO
CORNELI MILIT. COH. VI. VIX. AN.
VI. M. VIII. D. X. HERES EIVS B. M. F.

¶ Ibidem.

D. M.
MERCVRIO F. Q. V. AN. I. M. VIII.
EVHEMER. ET EVHODIA PA-
RENTES FECERVNT.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.
M. ATINIO AF. F. PAL. PATERNO SCRIBE
AEDIL. CVR. HON. VSVS AB IMP. EQVO PVBL.
HONOR PRAEF. COHOR. II. BRACAR. AVGVSTA.
N. TRIB. MIL. LEG. X. FRECENS A DIVO TRAIANO
INEXPIDITION. PARTHICA DONIS DONAT
PRAEF. ALAE VII. PHRIG. CVR. KAL. FABRA-
TERNOR NOVOR. ATINIA A. F. FAVSTINA PA-
TRI OPTIMO FECIT.

¶ Ibidem.

PRO SALVTE T. CAESARIS AVG.
F. IMP. VESPASIANI TI. CLAV-
DIVS CLEMENS FECIT T. NAE-
VIVS DIADVMEN CVR. CEI
SVBRVTOR CVLTOR SILVA-
NI P. S. R.

¶ Ibidem.

SOLI SANCTISSIMO SACRVM.
TI. CLAVDIVS FELIX ET CLAV-
DIA HELPIS ET TI. CLAVDIVS
ALYPVS FIL. EORVM VOTVM
SOLVERVNT LIBENS MERI-
TO CALBIENSES COH. III.



¶ Ibidem.

D. M.

BASSO AVG· LIB· PROX· AB EPIS·
TVLIS GRAECIS PROC·
TRACTVS CARTHAGINENSIS
FABIA Q· F· PRISCILLA
MARITO PIISSIMO ITEM CLAV·
DIVS COMON· PATRI BENE·
MERENTI FECERVNT·

¶ Ibidem.

D. M.

Q· FVLVIO THALLO ET TRO·
PHIME PARENTIBVS OPTI·
MIS CHARES FILIVS·

¶ Ibidem.

DIIS MANIBVS·
TI,· CLAVDIO MEMNONI CON·
IVGI CARISSIMO SVO FECIT
IVLIA RESTITVTA ET SIBI·

¶ Ibidem.

D. M.

Q· GEMINI SVRIACI FILI PIIS·
SIMI ZOSIMVS ET APRILIS
PARENTES·

¶ Ibidem.

Q· CORRIO Q· F· VOL· ANTIQVO·

¶ Ibidem.

D· M· OTACILIE EONOLAE L· OTACLIVS FORTVNATVS,
ET OTACILIA MA, FILIE CARISS·
BENEMERENTI FECIT VIXIT
ANNVM MENS· VIIII. DIES XXI·

¶ Ibidem.

D, M· T· AELIO AVG· LIB· PRIMO
PATRI DVLCISSIMO FLORIDVS ET TORQVATVS FILI F·

¶ Ibidem.

D. M: S.
MAXIMVS V· A, XVII, M· IIII·
D· V· ET MAXIMVS FILIO
PIISSIMO·

¶ Ibidem:

P, ACILIVS FELIX D· DIASVRIAE
CVM SVIS·

¶ Ibidem.

Q. VOLCASIVS HERMES PATRONAE B, M· F,

¶ Ibidem.

Q· NVNNIVS ALEXANDER DONVM DEDIT IOVI SABAZIO·

¶ Ibidem.

IOVI SABAZ· QVINTVS NVNNIVS ALEXANDER V· S· L· M,

¶ Romæ in domo Albericii in Campo martio.

VELIVS FIDVS IVBENTIO CELSO COLLEGAE SVO SALVTEM. DESIDERI FRATER L. ARRI ALPHI ARRIAE FADILLAE D. N. IMP. ANTONINI AVG. MATRIS LIBERTI LIBELLVM TIBI MISI COGNITVM MIHI EX LONGO TEMPORE PRIMAE IVVENTVTIS ETIAM MIRATVS CVM AB AEDIBVS ESSEM QVOD EO LOCO SE CONTVLISSET QVO DIDICI CAVSAS EXECVTIONIS SET ET RELIGIONIS SET A MAGNO ANTONINO D. N. IMP. IMPETRASSET TAM AEQVA MORA VIDEATVR EI PER NOS FIERI LIBELLVM SVBSCRIPTVM PER EVNDEM PVBLICVM SINE MORA MIHI REMITTAS OPTO TE SALVOM ET FOELICEM.

¶ Ibidem.

CVOM ANTE HOS DIES CONIVGEM ET FILIVM AMISERIM EPRESSVS NECESSITATE CORPORA EORVM FICTILI SARCOFAGO COMMENDAVERIM DONEC QVIETIS LOCVS QVEM EMERAM AEDIFICARETVR VIA FLAMINIA INTER MILIAR II. ET III. EVNTIBVS AB VRBE PARTE LEVA CVSTODIA MONVMENTI FLAVII TVMVLVS ANTE SOLVM SELIORCILI ROGO DOMIN. PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOPHAGO QVEM MIHI MODO CAMPARAVI EA CORPORA COLLIGERE ET CVANDO ME EGO ESSE DESIER PARITER CVM EIS PONAR FERETRVM FIERI PLACET IVBENTIVS CELSVS PROMAGISTER SVBSCRIPSI. II. NONAS NOVEMB. ANTIO POLIONE ET OPIMINO KOS. ORDINALES SEVERO ET SABINO KOS.

¶ Epigramma cui deest principium.

RELIGIOSISSIMOQ. C. CAEIONIO RVFIO VOLVSIANO V. C. CARR. ITALIAE PER ANNOS OCTO PROCONSVLI APHRICAE COMITI D. N. CONSTANTINI INVICTI AC PERPETVI SEMPER AVG. PRAEFECTO VRBIS IVDICI SACRARVM COGNITIONVM CONSVLI.

¶ In horto D. Baptistæ Iacobi Matthei.

AQVILA SOLI ALAGABILIO
IVLIVS BALBILLVS.
TI. BALBILLO IVLLO S. SOL.
ACIABILI EVDVMENON
LIB. PATRONO OPTIMO.

¶ Ibidem.

EVMOIPVS CAESARIS A SVPELEC.
TILE DOMVS AVRIF. ET CLAV.
DIA PALIAS ET SOLI ET LVNE
DONVM POSVERVNT.

¶ Ibidem.

TERENCIAE FLAVOLAE V. V.
MAXIMAE AVREL. IVLIVS
BALBILIVS SAC. SOL. OB PLV.
RA EIVS IN SE MERITA.

A Latere.

D. D. PR. NONS. APRIL. LAETO II.
ET CERIALE COS.
CL. IVLIANO P. V. PRAEF. AN
NON TI. IVB. BALBILLVS
S. SOL. DED. XIII. KAL. FEB. L.
ANNIO FABIANO M. NONIO
MVCIANO COS.

¶ In pariete stabuli eiusdem Baptistæ.

D. M. CN LVCRECIO. HERDIANO
QVI. VIXIT ANN. III. M. D. XII.
LVCRECIVS ONESINVS
F. D. F.

¶ Ante portam eiusdem domus.

D· M· M· POPILLI APOLLONI SVC-
CESSVS AMICVS DE SVO·

¶ In domo eadem.

D. M.
L· MINDIO DE CIMBR· VIX· AN.
VIII· D· XXIX. MINDIA SPES MA-
TER ET EL. MINDIVS ONOMASTVS
FRATRI OPT.

¶ In Aquæductu posito in Celio monte
ante hospitale S. Ioannis.

IMP. CAES. DIVI M. ANTONINI PII GER. SARM.
FILIVS DIVI COMODI FRATER DIVI ANTONINI
PII NEP· DIVI HADRIANI PRONEP. DIVI TRAIANI
PARTHIC. ABNEP. DIVI NERVAE ADNEPOS L. SEP-
TIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARAB.
ADIAB. PARTHIC. MAX. PONT. MAX. TRIB.
POT. VIIII. IMP. XI. COS. II. PP. ET PROCOS.
ET IMP. CAES. SEPTIMII SEVERI PII PERTINACIS
AVG. ARAB. ADIAB. PARTHIC. MAX. FIL. DIVI
M. ANTONII PII. GERM. SARM. NEP. DIVI ANTONINI
PRONEP. DIVI HADRIANI ABNEP. DIVI TRAIANI
PARTHIC. ET DIVI NERVAE ADNEP.
M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.
TRIB. POT. IIII. PROCOS. ARCVS CAELEMONTA-
NOS PLVRIFARIAM VETVSTATE CONLAPSOS
ET CONRVPTOS A SOLO SVA PECVNIA
RESTITVERVNT.

¶ In vinea quadam in monte Viminali.

VOTVM SILVANO SOLVIT LI-
BENS MERITO T· F. DIADV-
MENVS LVRVESIANVS PRAE-
GVSTATOR AVGVSTI.

¶ In domo Francisci Procarii.

D. M.
P. BARBIVS P. F. PAPIRIA POE-
TENIONE MAXIMIANVS MI-
LES COH. PR. V. STI. XIIII. ͻ.
MONNI. VIX. ANN. XXXIII.
DIES V. AMICO ET CONTVBER-
NALI BENEMERENTI Q.
FANNIVS * RESTVTVS HERES
EIVS FACERE CVRAVIT.

*Restutus pro Restitutus. *Pœtenione Oppidum Stiriæ.*

¶ Titulus in frontispitio ædis S. Mariæ Rotundæ quæ olim Pantheon dicebatur.

M. AGRIPPA L. F. COS. TERCIVM FECIT
IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS
PIVS PERTINAX ARABICVS
ADIABENICVS PARTHICVS
PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT.
XI. COS. III. PP. PROCOS. ET IMP.
M. AVRELIVS ANTONINVS
FELIX. AVGVSTVS TRB. POTEST.
V. COS. PROCOS. PANTEVM
VETVSTATE CORRVPTVM
CVM OMNI CVLTV RESTITV-
ERVNT.

¶ In horto D. Augustini Maphæi.

HIC EST ILLA SITA PIA
FRVG. CASTA PVDIC.
SEMPRONIA MOSCHIS
CVI PRO MARITIS AB
CONIVGE GRACIA RE-
LATA EST.

¶ Romæ in Pyramide iuxta portam S. Pauli.


C. CESTIVS L· F. POB· EPVLO PR·
TR· PL· VII· VIR EPVLONVM·

¶ In alia parte metæ

PONTI. PF. CLAMEL
LE HEREDIS ET POB.
EPVLONIS C. CES·
TIVS L. F. POB.
EPVLO. PR. IONTI.
L. PONTIFICIS P. F.
PII. F. FELICIS
TR. PL. VII. VIR
EPVLONVM.

¶ Sunt infra in ea·
dem meta literæ
minores.

OPVS ABSOLVTVM
EX TESTAMENTO
DIEBVS CCCCXXV.
ARBITRATV.



¶ Romæ in domo Francisci Procarii.

NVMISIAE MAXIMILLAE V· V·
MAX· TI. IVL· S· SOLI DED· IDIB·
IAN· L· ANNIO FABIANO N. NO-
NIO MVCIANO COS·

¶ Ibidem.

IM· CAES· L· SEPTIMIO SEVERO
PIO INVICT· AVG· IVL· BALBIL-
LVS SAC· SOL· DED· PRID· NON· AP.
ANVLIO II· ET FRONTONE COS·

¶ Ibidem.

DOMINO SOLI V· S· TI. CLAVDIVS
AMERINVS LICTOR CVRIATVS·

¶ Ibidem.


D. M.
P. AELIO MAXIMINO MIL· COH. V· PR·
P· V· EX. T· MONNI· QVI VIX· ANN· XXI·
MEN· VIII· MILITAVIT ANN· XII·
OMNIBVS EXPEDITIONIBVS
FVNCTO AVREL. VIS SEXTI
ANVS COMANIPVLVS ET HE-
RES EIVS CONTVBERNALI
KARISSIMO POSVIT·

¶ Ibidem.

D. M.
AVREL· SENECIONIS
MIL· COH· V· PR· P· V· EX· Ↄ CE-
CILIANI QVI VIX. ANN· XXX·
M· VI. PIVS TITVS COMMANI-

PVLVS ET HERES EIVS
CONTVBERNALI CARISSI-
MO POSVIT.

¶ Fragmentum.



¶ Ante domum eiusdem Francisci Procarii.

CLASSICVS PAPIRIANVS
P. PARCARIVS POSVIT.

¶ In Ecclesia S. Vrsi.

SIVE DEO SIVE DEAE C.
TERDENTER EX VOTO POSVIT.

In Ecclesia S. Eustachii.

DIS MANIBVS.
MYRONI ·M·
TANONI
BASSI
TRIB. COH· III·
PR. PR. POPILIA
XENONIS
FRATRI OPTIMO
BENEMERENTI
FECIT·

In eiusdem Eclesiæ pauimento in marmore.

D. M.
VLPIA MODESTA FECIT
SIBI ET M. VLPIO EPAPHO
CONIVGI SVO BENEME-
RENTI ET EPAPHO FILIO
QVI VIXIT ANN· XVII· M·
V· D· XV· ET LIBERTIS
LIBERTAB· POSTERISQ.
EORVM CVMANIS·

Epigramma in Ecclesia S. Mariæ dicta Aracœli in lapide aquam benedictam continente.

LOCVS SACER
IVSSV Q· BATONI
THELESPHORI F·
Q· BATONIVS
ONESIMVS PATRONO
PIO VIXIT ANNIS
LXXX· INTEGER
INTEGROS·

¶ In Horto Cardinalis S. Petri ad Vincula.

EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI V. C.
PRAEFECTI VRBIS.
RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETV-
DINE MICANDI SVMMOTA SVB EXAGIO POTIVS PE-
CORV VENDERE QVAM DIGITIS CONLVDENTIBVS TRA-
DERE VT ADPENSO PECORE CAPITE PEDIBVS ET SEVO
LACTENTE ET SVBGVLARI LANIO CEDENTIBVS RELI-
QVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VEN-
DITORI SVB CONSPECTV PVBLICO FIDE PONDERIS
COMPROBATA VT QVANTVM CARO OCCISI PECORIS
ADPENDAT ET EMPTOR NORIT AC VENDITOR COMMO-
DIS OMNIBVS ET PRAEDA DAMNATA QVAM TRIBV-
NVS OFFICIVM CANCELLARIVS ET SCRIBA DE PECVARI-
IS CAPERE CONSVEVERANT QVAE FORMA INTERDICTI
ET DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO PERPETVO
CVSTODIENDA MANDATVR.

¶ In Basilica S. Ioannis Lateranen. in tabula Aenea parieti affixa iuxta Corporis Christi repositorium.

FOEDVS VE. CVM QVIBVS VOLET FACERE LICEAT.
Ita vti licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari
Aug. Tiberioq; Claudio Cæsari Aug.
GERMANICO.

Vtique ei Senatum habere Relationem facere remittere Senatusconsulta per relationem discessionemq; facere liceat, ita vti licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Augusto.

GERMANICO.

Vtique cum ex voluntate autoritateue iussu mandatu ue eius præsente ve eo Senatus habebitur omnium rerum ius perinde habeatur seruetur ac si è lege Senatus edictus esset habereturque.

Vtique * cos magistratū potestate in Imperium curationem ue Cuius rei petentes Senatui populo que Romano commendauerit, Quib. ue sufragationem suam dederit promiserit eorum comitis, Quibusque extra ordinem ratio habeatur Vtique ei fines pomerii promouere cum ex re publica censebit esse ita vti licuit Ti. Claudio Cæsari Aug.

GERMANICO

Vtique quecunque ex vsu reipublice Maiestate diuinarum, humanarq; publicarum priuatarum que rerum esse.
Censebit Et agere facere ius potestas que sit ita vti diuo
Aug. Tiberio que Iulio Cæsari Aug. Tiberio que Claudio
AVG. Germanico fuit.

* Cos, pro quos.

Vtique quibus legibus plebeiuescitis scriptum fuit, ne diuus Aug. Tiberius ve Iulius Cæs. Aug. Germanicus
Tenerentur iis legibus plebisquescitis Imp. Caes. Aug.
Vespasianus solutus sit quæ Q. ex quaque lege rogatione
Diuum Aug. Tiberium ue Iulium Cæsarem Aug. Tiberium
Ve Claudium Cæs. Aug. Germanicum facere oportuit.
Ea omnia Imp. Cæsari Vespasiano Aug. facere liceat. Vtique
quæ ante hanc legem rogatam acta gesta decreta imperata
ab Imperatore Cæsare Vespasiano Aug. iussu mandatu ve
eius a quoq; sunt ea perinde iusta rata sint ac si populi plebisue iussu acta essent

SANCTIO

Si quis huiusce legis ergo aduersus leges rogationes plebisue scita Senatusue consulta fecit fecerit, Siue quod eum ex lege rogatione, plebisuescito .S. ve C. facere oportebit, non fecerit, Huius legis ergo id ei ne fraudi esto, ne ue quit ob eam rem populo dare debeto ne ve cui de ea re actio ne iudicatio esto, ne ve quis de ea re aqud aliquem agi finito CL. finito.

¶ In via publica propæ S. Mariam rotundam in lapide quodam pulcherrimo:

IMP. CAESARI
DIVI NERVAE F.
NERVAE TRAIANO
AVG. GERMANICO
DACICO PONTIFICI
MAXIMO TRIBVNIC.
POT. VII. IMP. IIII. COS. V. P. P.
TRIBVS XXXV.
QVOD LIBERALITATE
OPTIMI PRINCIPIS
COMMODA EORVM ETIAM
LOCORVM ADIECTIONE
AMPLIATA SINT.

¶ Apud S. Agatham.

SARAPI DEO M. AVRELIVS
ANTONINVS PONTIFEX
MAX. TRIBVNIC. POT. AEDEM.

¶ In æde S. Mariæ de pace in marmore in quibusdam ruinis reperto Anno domini M. D. I.

IN AGRO PEDES VII. S.

D. M.

PHILETO ET MOSCHIDI
Q. VOLVSIVS VICTORINVS
FECIT PARENTIBVS SV-
PIENTISSIMIS SIBI LIBER-
TISQ. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
ET COMINIAE IANVARIAE
ET MIRAEBONIO HESPERO
AMICIS BENEMERENT.
IN AMBITV AMBITV
PRAESSIA
IN FRONTE PEDES IIII. S.

¶ In Ecclesia S. Celsi apud pontem S. Angeli in vrna lapidea.

D. M.

A. SERVILIO
EPITHYNCHANO
IVNIA LESIA
CONIVGI BENE-
MERENTI.

¶ In domo Columnensium in qua habitat Cardinalis Neapolita.

D. M.

A. VOLVMNII CERDONIS PA-
RENTIS OPTIMI DECIMIA
PRIMITIVA VXOR CVM FILIS
BENE. DE SE MERITO.

¶ Ibidem.

D. M.

C. PLINII ABASCANTI C. PLI-
NIVS PHOSPHORVS.

¶ Ibidem.

RVBRIAE NICENI A LIVIVS
GEMELLVS L. CARVILIVS
SVAVIS RVBRIA VENERIA
VERNAE SVAE BENEMEREN-
TI FECERVNT VIXIT ANNIS
XXV. MENS. VI. HAEC SVPRA
SORОREM SVAM VIXIT MEN-
SES VI.

¶ Ibidem.

D. M.


LAPPIA ALEXANDRIA FEC.
LAPPIO LVCILIO ET MOEVIAE
ALEXANDRIAE PARENTIBVS
B. M. ET SIBI SVIS LIB. LIBER-
TABVSQ. EORVM ET LAPPIVS
LVCILIVS LAPPIO LVCILIO
ET LAPPIAE LAEVIVILAE B. M.
ET SIBI LIB. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

D. M.

SANCTINIA LVPVLA SOLV-
TORIO MARCELLO CON-
IVGI ET SOLVTORIAE MARCEL-
LAE FILIAE DVLCISSIMIS.

¶ In Sancta Maria Spolia. Christo.



Sequuntur verba integra.

PACE IANVAM CLVSIT PACE POPVLO
ROMANO VRBIQ.


¶ In edibus D. Laurentii magdalensis

VETTIVS GERMANVS NOMINE SVO
THAIDIS VXORI SVAE MONVMEN
TVM FECERVNT SIBI ET
LIBERT·Q· POSTERISQ· EORVM.

In ede S. Potentianæ.

D M
AVXES CYTHAREDAE CONIVGI OPTI·
MAE · C · CORNELIVS NERI·
FVS FACIT ET SIBI·

¶ Romæ in Termis Constantini.



¶ In Templo Beatæ Mariæ Maioris supra Veneris Simulachrum.

Sol calcet igne meo, flagrat Neptunus in vndis
Bacchum seruire coëgi
Quamuis liber erat, feci seruire tonantem.
Quamuis liber erat, Martem sine Marte coëgi.

¶ Ibidem iuxta altare maius.

Ingratæ Veneri spondebam munera suplex
Erepta coiux virginitate tibi
Persephne votis inuidit pallida nostris
Et præmaturo funaere te rapuit.
Suppremum versus munus donatus & Aram
Et gratam sæpsit docta pedana Chelyn:
Me nunc torquet amor, tibi tristis cura recessit
Letthæo que iaces condita sarcophago.

Coiux pro Coniunx. Funaere. Suppremum. Sæpsit. Letthæo.

¶ Ibidem in pilo aquæ benedictæ.

CAECIA· C· L· EVLIMENE C· CAE-
CIO C· L· PHILARISTO· VIRO
SVO ET SIBI FECIT
D· CORNELIVS HILARVS
AMICVS LOCVM OLIARVM DVA-
RVM DEDIT DONAVITQ·

¶ In æde Beati Michaelis apud S. Spiritum in lapide quadrato in cuius fronte hæc leguntur.

ATHIMETVS PAMPHILI
TI· CAESARIS AVG· LL·
ANTEROCIANVS SIBI ET
CLAVDIAE HOMONEAE
CONLIBERTAE ET
CONTVBERNALI

Græcam inscripsionem omisi qnia erat tota deprauata.

¶ Apud S. Martinum in montibus.

C· CAMERIVS CRESCENS ARHIGAL-
LVS MATRIS DEVM MAGNAE IDAEE
ET ATTIS POPVLI ROMANI VIVVS
SIBI FECIT ET CAMERIO EVCRV-
TIANO LIB· SVO CETERIS AVTEM
LIBERTIS VTRIVSQ· SEXVS
LOCA SINGVLA SEPVLTVRAE
CAVSA H. M· H. E. N. S.

¶ Ibidem.

DIS MAN.

M· CANVLEIO GALATAE PA-
RENTI ET PATRONO BENEME-
RENTI HYGINIVS LIB· ET
ACESIS SOROR·

¶ Ibidem.

T· AVRELI ACHILLEI QVI VIXIT
ANN· XXI. MENSIBVS XI· DIES
XVII· HERED· FECERVNT·

¶ In Ecclesia S. Apolinaris iuxta S. Augustinum.

D· M. M· IVNIVS MONTANVS VL-
PIAE MARACINAE CONIVGI B. M·
FECIT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQ· POSTE-
RISQ· EORVM.

¶ Ibidem.

D· M. STLACIAE ELPIDIS ASTLAC-
CIVS EVTYCHVS CONLIBER-
TAE BENEMIRITAE ET SIBI.

¶ Romæ in Ecclesia S. Mariæ iuxta pontem S. Angeli in vrna aquæ benedictæ.

DIS MANIBVS·
SERGIO RVBELLIO
ANTHO
VIX· ANN· XXX· D. LVII·
RVBELLIA LAVDICE
MATER FILIO SVO
PIISSIMO ET
SANCTISSIMO
ET SIBI ET SVIS
LIBERT. LIBERTABQ·
POSTERISQ. EORVM·

IN FR· P· X. IN AGRI P· III·

¶ In æde S. Annæ etiam in vrna aquæ b.


TROPHIMI AVG· LIB·
RELIQVIAE PVERI
QVONDAM PHRYGII
PASTORIS VIX· ANNIS
DVODETIES SENIS
NAM TERCIVS ABSTVLIT
ILLVM·

¶ In vrna eiusdem Ecclesiæ.

D. M.
M. · VALERI CAL
LIPARIHENI
VIXIT ANN. VII·
M· XI· D· XXVII·
H. S· E·
M· VALERIVS
CALLIPARICIVS
FECIT·



¶ Romæ.



¶ In Sancto Bartholomeo.

P. CVRTIVS ONESIMVS FECIT SIBI ET
CECILIAE FESTIVAE CONIVGI SVAE
DVLCISSIMAE LIBERTIS LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EORVM HIC MVNI
MENTVS HEREDE NON SEQVI-
TVR DOLVS MALVS
MALVS ABESTO.

i



¶ Indomo Petri Vallensis Romani.

¶ CAPRICORNVS
Mensis Ianuarius
Dies xxxi.
Non: Quint.
Dies Hor. VIIII
.Sol.
Capricor.
Tutela
Iunonis
Palus
Aquitur
Salix
Harundo
Ceditur
Sacrific.
Diis Penatibus

¶ AQVARIVS
Mensis Februar.
Dies xxviii
Non, Quint.
Dies Hor. X.
Nox Hor, XIII:
Sol. Aquario
Tutela
Neptuni
Segetes
Seriuntur
Vinearum
Superficium
Colitur
Arundo
Incendit
Lupercal
Parental
Cara Cognat
Terminat

¶ Pisces
Mensis Mar.
Dies xxxi.
Non. Sep.
Dies Hor. XII
Nox Hor. XII.
Equinoctiũ VIII.
K. Apr.
.Sol. Piscibus
Tutela
Mineruæ
Vineæ &
Pedamina
In pestino
Putantur
Trimensir
Seritur
Isidis
Nauigium
Sacrum
Mamurio
Liberæ
Quaternio
Quinquair

¶ ARIES
Mensis Aprilis
Dies xxx.
Non: Quint
Dies Hor. XIIII
Oox. Hor. X
.Sol.
Ariete
Tutela
Veneris
Oues
Lustrant
Sacrum
P. Priæ
[illegible]m
Saeropi


¶ TAVRVS
Mensis Mai.
Dies xxxi
Non. Sept:
Dies Hor, XIIII.
Nox Hor. [illegible]
.Sol
Tauro
Tutela
Apollinius
Segetes
Rimeantur
Oues Tundun:
Lana lauatur
Juuenei aman.
Ivri C abm.
Secatur
Segetes Lustran.
Sacr[illegible]
Mu[illegible]h
E[illegible]G

¶ GEMINI
Mensis Iun.
Dies xxx
Non. Quint.
Dies Hor. XV.
Nox Hor. VIIII.
Solstitiũ VIII. K. Iul
.Sol.
Geminis
Tutela
Mercurii
Facitisie
Vinee
Occamur
Sacrum
Herculi
Sacrum
[illegible]gêtie
[illegible]ynue

¶ In S. Nicaolo apud Campum Flore.


OCT. B☧ ENIVS HERMEROS DORMIT
IN PACE. QVI BIXIT ANOS .II. MESES
VII. DIES .VII. DEFOSITO INOCENTI
XVI. KAL. IANVARIAS.

¶ Romæ





Antiquitas Vrbis Romæ



ASPICE VIATOR Q. SERTVLLII & DVLCICVLAE SPON-
ME ↄ RANCILIAE VIRG. SIMVL AC POST INDE QVID
FACIAT LICENTIOSA SORS LEGITO. IN IPSA FLORIDA
AETATE CVN ACRIOR VIS AMORIS INGRVER: MV-
TVO CAPT. TAND. SOCERO. E. & M. SOCR. ANNVEN-
TIB. SOLENNI HYMEN. NVPT. COPVLAMVR. SED O
FATVM INFELIX NOCTE PRI. CVM IMPORT. VO
LVPTATIS EX LI. FAC. EXTINGVERE ET D. M. V. VOTA
COGEREMVR. REDD. HEV IPSO IN ACTV DOM: MARI-
TALIS CORRVENS AMB. IAM EXTRE. CVM DVLCITVDI
NE LETISS. COMPLICATOS OPPRESSIT FVNESTAS
SOROR NEC NOVI QVID FECISS·PVTA. NON ERAT
IN FATIS TVM NOSTRA LONGIOR HORA CARI PAR
ENTES LVCTV NEC LACHRIMIS MISERA AC LARVA-
TA NOSTRA DEFLEATIS FVNERA NE REDDATIS IN-
FELICIORA AT VOS NOSTROS DIVTVRNIORES VI-
VITE ANNOS. OPTIME LECTOR AC VIVE TVOS.

D M

¶ Ita & Eupolis filius Niciæ Atheniensis prima nocte nuptiarum ex ruina Thalami vna cum vxore extinctus est. Vnde Ouidius in Ibim. Sit tibi coniugi nox prima nouissima vitæ, Eupolis vt periit & noua nupta modo.

Antiquitas vrbis Romæ

¶ In Base coclidis seu Columnæ in Foro Traiano.

S. P. Q. R.
IMP. CAESARI DIVI
NERVAE. F. NER-
VAE TRAIANO
AVG. GERMANIC.
DACICO PONT. M.
TRIB. POT. XVII.
COS. VI. P. P. AD
DECLARANDVM
QVANTAE ALTI-
TVDINIS MONS ET
LOCVS SIT EGES-
TVS.

¶ Similis est altera Columna Antonini Pii in Regione Columnæ.



¶ Erat in Foro Colũna altissima in qua scriptum erat in honore Iulii Cæsaris.

PATER PATRIAE

¶ Est in Ara Cœli Columna prope aquam bene dictam in qua sculptum est.

A CVBICVLO
AVGVSTORVM

¶ Altera pars Kalendarii.

¶ CANCER	¶ LEO	¶ VIRGO
Mensis Iul.	Men. Aug.	Mensis Sep.
Dies xxxi	Diet xxxi	Dies xxx.
Non. Sep.	Non. Quint.	Non. Quint.
Dies Hor. XIIII.	Dies Hor. XIII.	Dies Hor. XII
Nox Hor. X.	Nox Hor. XI.	Nox Hor. XII
		AEquinoctiũ
Sol.	Sol.	Sol.
Cancro	Leone	Virgoine
Tutela	Tutela	Tutela
Iouis	Cereris	Vulcani
Messes	Polus	Dolea
Hordiar	Paratur	Picant.
Et Tobarie	Messes	Poma
Apollinar	Frumenta	Legunrur
Neptunal	Struple	Arborum
	Incendunt	Oblaqueatio
	Sacrum	Epulum
	Spei Saluti	Mineruæ
	Dianæ	
	Vulcano	


¶ LIBRA	¶ SCORPIO	¶ SAGITTARI
Mensis Oct.	Mensis Nouem.	Mensis Decemb.
Dies xxxi.	Dies xxx	Dies xxxi.
Non. Sep.	Non, Quint:	Non. Quint.
Dies Hor. XI.	Dies Hor, VIIII	Dies Hor. VIIII
Nox Hor. XIII.		Nox Hor. XV.
Sol.	Sol.	Sol:
Libra	Scorpione	Sagitt.
Tutela	Tutela	Tutela
Martis	Deanæ	Veste
Vindemiæ	Sementes	Hiennsunt
Sacrum	Triticariæ	Siue tropheæ
Libro	Et Hordior	Chimeruineæ
	Serobatio	Stercorant
	Arborum	Faba seritur
	Iouis	Materies
	Epulum	Decientes
	Henricis	Oliua legi
		Licium
		Sa

¶ In quadam domo dominorum de Sancta Cruce

Damus hic tibi depictam figurã Medii Fidii per quẽ Romani Iurare olim solebant, Et qa pauci ea de re scripserũt, & ii qui literis tradiderũt, diuerse senserũt, Propterea uisum est istæc secreta altius inuestigare. SANCTVS FIDIVS & Semipater dii fuerunt Sabinorum, quos domo demigrantes in collem quirinalem cum cætera supellectile detulerunt, idq; numen verbis trinum, re vnicum esse dixerunt. Vnde licet tribus ipsis templum esset in quirinali colle dicatum, vnus tamen sancti vocabulo appellabatur, obtinuitq; eiusmodi nominis opinio sanctitatis magnam vim habere Iusiurandum, quo in trino & vnico numine medium esse quis fidium affirmaret.




¶ Romæ Iuxcta ædem diui Benedicti trans Tyberim vbi taurus est sculptus habens supra se virum stantem.





¶ Romæ In domo D. PAVLI de Plancis:



Celte erasæ lineæ erant istæ.

EX VOTO· SVSCEPTO Q; DIVERAT NEG
LECTũ NEC REDDITVM INCENDIOR· AR-
CENDORVM CAVSA QVANDO VRBS PE
R NOVEM DIES ARSIT NERONIANIS TE-
MPORIB· ET HAC LEGE DEDICATA EST
NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS
AEDIFICIVM EXSTRVERE MANERE NE
GOTIARI ARBOREM PONERE ALIVDVE
QVID SERERE ET VT PRAETOR CVI
HAEC REGIO· SORTI OBVENERIT LITA
TVRVM SE SCIAT· ALIVSVE QVIS MAGI-
STRATVS VOLCANALIB· X· K· SEP. OMNI
BVS ANNIS VITVLOROBIO ET VERRE·

¶ In Sancta Maria Monticelli.



¶ Romæ In pariete cuiusdam domus iuxta arcũ S. Viti.

SECVRITATI SACRVM

VALERIVS IVLIANVS ITALICO FILIO
INFELICISIMO ET HONORATE
MAMMVLAE HVIVS FECIT.

¶ In via Salaria.


IMP. CAE. M. AVRELIVS ANTONINVS
AVG. GERMANIC. SARMAT. HOS LAPI
DES CONSTITVISSE PROPTER
CONTROVERSIAS QVAE INTER MER
CATORES ET MVNICIPES ARTE
FRANTVTI FINEM DEMOSTRARENT
VECTIGALI FOVEVCVLARII ET ANSVRII
PER MERCALIVM SECVNDVM
VET. LEG. SEMEL DVMTAXAT EXIGENDO.



¶ Romæ



Romæ In domo .D. Benedicti de Saxis.



¶ Inscriptio in laudem M. T. Ciceronis deprauata.

C IVL. CAE.

M. T. CICERONI OB EGREGIAS EIVS
VIRTVTES SINGVLARES M DOTES
PER TOTVM ORBEM [illegible] VIRTV
TEQ. [illegible] SALVVM ET INCOLV-
MEM ESSE IVBEMVS.

ΑΣΚΛΗΠΩ ΘΕΩ ΣΩΤΗΡΙ
ΑΜΙΝΙΚΙΟΣ ΝΑΤΑΛΙΟΣ
ΥΠΑΤΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΛΥΒΥΗΣ
ΑΥGΟΥΡ, ΠΡΕΣΒΕΤΗΣ
ΑΝΤΙΣΤ. ΡΑΤΗGΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΜΥΣΙΑΣ ΤΗΣ ΚΑΤΩ
ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
ΑΝΕΘΙΚΕΝ.

¶ In templo S. Sebastiani extra muros Vrbis post tergum altaris iuxta imaginem Crucifixi in Vrna quadam.

SYMPHERVSAE PIAE CONIVGI
ET SANCTISSIMAE ET PARENTI
BVS EIVS Q. GEMINI PAMPHILI
ET GEMINIAE FILIAE SYMPHERV-
SAE SEX. AFRANIVS SERNVS
ITEM LIB. LIB. POSTEREISQ.
SVIS ET GEMINIS. IIII. DO-
RIPHORO MYRTILO
CYPARE VICTORINAE.

¶ In eodm templo.

M.D.M.L.ET ATTINIVS L.
CORNELIVS SCIPIO. OREICVS
VT AVGVR TAVROLIVM
SIVE CRIBOLVM FECIT
DIE IIII KAL.TVSO ET
AMILLINO COSS.

In eodem templo in Vrna pulcherrima.

ANIMAE SANCTAE COLENDAE


D M S

FVRIA SPES L. SEMPRONIO FIRMO
CONIVGI CARISSIMO, MIHI VT COGNO
VI PVER PVELLA OBLIGATI AMORE
PARITER CVM QVO
VIXI TEMPORE MINIMO, ET
QVO TEMPORE VIVERE
DEBVIMVS A MANV MALA
DISPARATI
SVMVS ITA PETO VOS
MANES SANCTISSIMAE
COMMENDATAE NOS HAECATIS
MEVM COMITEM ET VELITIS
HVIC INDVLGENTISSIMI ESSE
HORIS NOCTVRNIS
VT EVM VIDEAM
ET ETIAM ME FATO SVA DE RE VELIT
VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET
CELERIVS APVD EVM PERVENIRE.


¶ Romæ


D M
AVRELIO·BAL
BO VITA INT=
EGERRIMO
MORIBVSQ·
ORNATO QVI
SE QVIETIOR=
IS PERFECTIO
RISQ· VITAE
DESIDERIO
EX NEGOTIIS
CIVILIBVS IN
QVIBVS FVE
RAT CVM LAV
DE VERSATVS
IOVIS OP· MA
BENEFITIO
DVCTO HIC IN
SPE RESVRR=
ECTIONIS QV=
IESCENTI LOC
VS PVBLICE
DATVS EST·

¶ Romæ in domo Domini a Colotii



¶ Antiquitas vrbis Romæ.



VALE

¶ In Domo Ludouici Apodicatarii Cyprii Card. Caputaqueñ.

SILVANO DENDROPHORO SACRVM.
M. POBLICIVS HILARVS :MARGAR QQPP CVM LIBERIS
MAGNO & HAMONIANO DENDROPHORIS M.D.N. de suo feci

¶ In quadam porticu in primo additu plateæ Basilicæ sanctæ Mariæ Maioris versus sanctum Antonium.

MEMORIAE · M · NONI PLACIDI
LISEVIRIA V · A · XXVII · M ·
VIII, D, XII ·
AB ANNO AETATIS SVAE XII · OCV
LIS PATENTIBVS VIDIT NIHIL ·

¶ In Sancta Maria de Consolatione Romæ.

D M
CL . FAESTAE CONI B · M · FEC ·
SECVNDVS CAES · N LIBO ·
ET MON ·

D M
M · VLP · SECVNDO
NVMVLARIO OFF · MONETAE ·

In domo D. Marii de Mellinis.

IVLIAE FORTVNATAE OPTIM. CONIV-
GI ERGA SE BENE MERENTI FECIT.
C. OCTAVIVS CLYTVS ET SIBI
ET SVIS POSTERISQVE EORVM.

.SECVRITATI.

COGNATIONI SVAE FORTVNATVS
AVG. L. VERNA PATERNVS AB EPIST-
OLIS ACCENSVS PATRON. DIVO AVG.
VESPASIANO LICTOR CVRIAT. VIAT.
HONOR. DEC. COS. ET PR. ET SIBI
ET EPAPHRODITO AVG. L. AB EPISTO-
LIS FRATRI SVO.

¶ Ibidem.


DEIS MANIBVS
IVLIAE LARINAE ET
CLAVDIAE NARBVL-
LAE

Romæ

D M S
CADAVERIBVS AMORE FRVENTIVM
MISERABVNDIS POLVANDRION.

Romæ

INFERNO PLOTONI TRICORPORI
ET CARAE OXORI PROSERPINAE
TRICIPITIQ· CERBERO



ARAM DEVM INFER.
VIATOR

HIC CESAM LAODI-
AM PVBLIAM INSPI
CE EO QVOD AETA
TEM SVAM FRAVD.
AVERAT ABNVER-
ATQ. CONTRA PV-
ELLARVM RITVM
IVSSA AMORIS
SEMET EXPES GLA.
INTERF.

Romæ

CILINIA CAMPETIA H· F· IN QVA FVIT
INIMITABILIS CASTITAS· PROBISSIMA
VERECVNDIA· INCOMPARABILIS INNO
CENTIA PERPETVA QVIESCIT IN APCE
Q· VIX· AN· XVIII· M· XI· DIES XXI·

¶ In horto D. Baptistæ Iacobi Mathæi in regione transtyberina.

DIS MANIBVS·M.COCCEI SP.F· AVGV-
STALIS VIX·AN·XVIII.MEN.VIIII·DIEB·
XIII. COCCEI AVG. LIB·PLVTIN·
MATER FIL· PIISS·

¶ Ibidem

D. M.

C·PAPIRIVS C·LIB·FELIX FORO COR-
NELI MILIT· COH· VI· VIX· AN. VI· M.
VIII. D. X. HAERES EIVS B. M. F·

¶ In cella litteraria D. Francisci de Lallis.

D. M.

P· DOMITIO SEVERO DOMITIA
PIERIS FILIO PIENTISSIMO FE-
CIT· QVI VIXIT ANNIS XXIII·
MEN· IIII. D·XXIII.

¶ Ibidem.

D. M.

POSTVMIVS VICTORINVS ET POSTV-
MIA MAXIMINA ET AVR·CLAVDIANVS
FEC·SIBI ET SVIS LIB. LIB. POST.EORVM·

¶ Ibidem.

D. M. S.

VLPIAE FILVMENAE CONIVGI BENE-
MERENTI P·AELIVS RESPECTVS
T. COLI· VII· PR·

¶ Ibidem.

ANTIGONVS DRVSI CAESARIS
AVIVM FARTOR
PRIM· FECIT CONIVGI·

¶ Ibidem.

D. M.
APVLEIAE FELIDAE FEC·T·FLAVIVS
TROPHIMAS CONIVGI B.M.ET
APVLEIAE FORTVNAE MATRI
EIVS ET SIBI ET SVIS·

¶ Ibidem.

D. M.

Q. FLAVIO ACESTE VIX. AN. XXV.
HELENA VENERIA ET TISEVI.

¶ Ibidem.

D. M. S.

C. VETTIENO FAVSTO BENEMERENTI.
Q. HORTENSIVS SECVNDINVS HAERES.

¶ Ibidem.

D. M.

Q· CAVIVS SEVERVS RVTILIAE
PRIMITIVAE CONIVGI SVAE
DVLCISSIMAE CVM QVA VIXI
ANNIS XX· SINE BILE·

¶ Ibidem.

D. M.


FABIAE AGATHAE L·FABIVS·

¶ In Auentino monte apud S. Alexium

VMBRICIAE SEVERAE VENVSTI.

¶ Ibidem

IOVI OPTVMO MAXIMO
DOLOCHENO ·T. FLAVIVS COSMVS
IVSSV DEI FECIT·






Romæ in fundamentis atrii S. Basilii.

MANSIONES SALIORVM PALATINO
RVM A VETERIBVS OB ARMORVM
ANNALIVM CVSTODIAM CONSTITV-
TAS LONGA AETATE NEGLECTAS. PECV
NIA SVA REPARAVERVNT PONTIFI-
CES VESTAE V.V.C.C. PRO MAGISTE
RIO PORTII ACILII LVCILLI VITRASII
PRETESTATI V.V.C.C.

Apud S. Basilium.



Romæ apud sanctum Basilium.

MEMORIAE IVLIAE PAVLI-
NAE, P. AELIVS METRO
DORVS CONIVGI CARISSI
MAE FECIT ET APHINIAE
HERAIDI SIBI SVISQVE
LIBERTIS LIERTABVS
QVE POSTERISQVE
EORVM.

Romæ.

SORORIBVS
DEII ELPIDI ANNIS
XXVI. ET. T. A. E.
MILIO VIXIT. A.
VIII
HERENNIA
PROCVLINA.

¶ In porticu ædis S· Gregorii ad velum aureum.

TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERORVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CENTENA MILIA LXXXXXLVII. MIL X.

¶ In ingressu secundæ portæ Capitolii erat leonis effigies catulum sibi subiectum miti vultu intuentis, cum his versibus.

IRATVS RECOLE QVOD NOBILIS IRA LEONIS
IN SIBI PROSTRATOS SE NEGAT ESSE FERAM.

¶ In arcu iuxta Amphitheatrum Colossei.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXI. P. F. AVG. S. P. Q. R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO TAM DE TYRANNO, QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS REMPVB. VLTVS EST ARMIS, ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

¶ Aliud.

LIBERATORI VRBIS FVNDATORI QVIETIS VOTIS .X. VOTIS .XX. SIC .XX.

¶ In muro horti S. Mariæ de populo.

ARISTO MESSORI OB MVLTA MERITA SECVNDVS COLLEGA TITVLVM POSVIT B.M.F.

¶ In ædibus D. Francisci de Lallis in triuio & in parrochia S. Marcelli.

D. M.

C.N. NIGIDIO C. F. MARCELLINO BRIX. MIL. COHOR. II. PR. ET LEPIDI MIL. ANN. V. VIX. ANN. XXIIII. F. RESTIANVS IVSTVS B. M. F.

¶ In domo Francisci de Lallis in cella litteraria.

D. M.

FLAVIAE VRBICAE FILIAE SVAE
CARISSIMAE FECIT T· FLAVIVS
VICTOR ET MANICA VRRICA
PARENTES VIXIT. AN· VII·
MEN· VI· LOCVS DATVS A P. MA-
NILIO FORTVNATO PATRONO·

¶ Ibidem.

TI· VIRGILIVS DONATVS.

¶ Ibidem.

D. M.

THEIAE TIEPTE SOROR. PIIS-
SIMAE CIMARIAE RVTINAE
V· V· CCX· PIVS FRATER QVI
ET FELIX VIVOS VIVAE POSVIT·

¶ In quibusdam columnis latericiis iuxta domum
eiusdem Laurentii de Lallis.

ATIMINIO ALEXANDRI MAIORIS
LIBERT· HERMIAE ISIO LIBERTVS
ET ALEXANDRO F. SVO ET
SIBI POSTERISQ· SVIS·

¶ Ibidem.

D. M.

POMPEIAE APHRODISIAE
CONIVGI CASTISSIMAE
BENEMERENT· F. C·
SICINIVS ZOSIM·

¶ Transtyberim in via publica.

DIS MAN·
CN· COSSVTIVS CLAVDVS CN· COS-
SVTIVS AGATHANCEEVS
FRATRI SVO ISDEM LIBERTO
B· M· F· VIX. AN· XXXV·

¶ Ibidem.

D. M.
COSSVTIAE ARESCVSAE F. CN.
COSSVTIVS AGATHAIGELVS
CONIVGI SVAE BENEMERENTI
VIXIT ANNIS XXXV.

¶ In Ecclesia S. Balbinæ post. S. Sabam.

D. M:
TI. CLAVDIVS ONESIMVS STRVC-
TOR FECIT IVLIAE POTITAE
CONIVGI SVAE ET CLAVDIAE
ONESIMAE FILIAE SVAE VIX·
AN· IIII· MEN. II· ET SIBI PO-
STERISQ· SVIS·

¶ Ibidem.

D. M.
M. PETRONIO ONESIMO M· PE-
TRONIVS LICINIANVS PATRI DVL-
CISSIMO B. M· F. QVI VIXIT
ANN· LXIII· MENS· II· D. II·

¶ Ibidem.

C· IVLIVS FIMVVS CHRY-
SEIDI CONIV. SVAE ET SIBI·

o ii

¶ In horto Episcopi Sypontini apud apostolos:

MERCVRIO CELESTI FATALI
Q. NVMATIVS PROCHORVS
EX VOTO SOLVIT VO-
TVM NVMATIORVM.

¶ Intra domum eiusdem Episcopi.

TEMPLVM ISIS EXORNATAE.

¶ Ibidem:

D. M. MARTIA ELECTRA SIBI ET
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

D. M. S.

CORNELIAE Q. L. PSYCHES SER.
MARITVS, MARTIALIS ET
SPATALVS Q. CORNELI FLACCI
DISP. CONIVGI FIDELISSIMAE
FECERVNT.

¶ Ibidem.

LIVIAE DORCADI CONTVBER-
NALI CARISSIMAE DIADVMENVS.

¶ In Ecclesia S. Apostolorum.

DIS MANIBVS.
C. LICINI C. LIB. PRIMIGENI.
ET LICINIAE C. LIB.
HYGIAE.



¶ Ibidem.

D. M.
LVSIAE GLAPHYRAE VIXIT ANNIS XXXIIX. TI. CLAVDIVS FAVSTVS CONIVGI OPTIMAE ET BENE DE SE MERITAE CVM QVA VIXIT ANN. XIIX. MENSE I. DIEB. XXIIII. SINE VLLA QVERELLA FECIT ET SIBI. querella.

¶ In æde S. Laurentii in Lucina.

D. M.
PLOTIAE PLOTILLAE FILIAE DVLCISSIMAE VIXIT AN. XXV. MEN. VII. FE. NVMMIA RESTITVTA MATER SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

L. PRIMVS SP. F. CELSVS VIX. AN. XIIX.

¶ Ibidem.

D. M.
P. AELIVERI TINEIA LVCIDA MARITO MERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

D. M.
LIBERTIS PATRONIORVM MAMERTINI ET SEPTIMIANI POSTERISQ. EORVM.

* Patroniorum.

¶ Transtyberim in Ecclesia S. Francisci.

D. M.
L. TARQVITIO MARTIANO FILIO
DVLCISSIMO QVI VIXIT AN. VIIII.
MENS. VI. DIEB. XVIIII. HORIS XI.
L. TARQVITIVS TROPHIMVS
ET TARQVITIA EVTYCA PAREN-
TES FILIO DVLCISSIMO FECE-
RVNT CVIVS CORPVS CAVSA
PONDERIS ANTE ARAM
POSITVM EST.

¶ Ibidem.

DIS MANIB:
P. MEMMIO LYAEO AVFIDIA TER-
TIA CONIVGI SVO CLARISSIMO.
ET AVFIDIA RESTITVTA FIL.
PATRI SVO PIISSIMO.

¶ In ædibus D. Coronati.

P. SABIDIVS HERMES SABI-
DIES AEGLOGES LIB.
VIXIT ANN. LXVII.

DIS M.
SABIDES DORIDIS VIXIT
DONEC FATA PERMISE-
RVNT SABIDIES EGLOGES. LIB.

¶ In loco qui dicitur Ceca vechia.

S. P. Q. R. INCENDIO CON-
SVMPTVM RESTITVIT.



¶ In Ecclesia S. Benedicti Tagliacoro.

DIS MANIBVS.
IVNIAE GEMINAE M. F.

¶ Ibidem.

D. M.
CARSIDIAE HELPIDI CORNELIVS ONE-
SIMVS CONIVGI SANCTISSIM.
BENEMERENTI FECIT.

¶ In æde S. Georgii ad vellus aureum.

D. M.
L. CAESIVS LVCIFER L.
CAESIO PRISCO PATRI.

¶ In pariete cuiusdam Ecclesiæ situatæ
post Hospitale Teutunicorum.


D. M.
T. FLAVIVS VITALIS FECIT
SIBI ET POSTERIS EIVS LIB.
LIBERTABVSQVE QVORVM NO-
MINA I. S. S. POSTERISQVE
EORVM MERCVRIALI HILARO
CINNAMO SATVRNINO CRES-
CENTI SER. RESTITVTAE FOR-
TVNAT. FESTAE COETONIDI
ANCILLAE I.

¶ In ædificio illo rotundo post Tem-
plum S. Sebastiani.

CECILIAE Q. CRETICI F.
METELLAE CRASSI.



¶ In domo D. a Colot. Secretarii Apostolici siue in eius hortulo ad Aquam Virginem.



TI· IVL· BALBILLO SAC· SOLIS EV
TYCHES AVGG. LIB. OFFICINA·
TOR A STATIVIS· AMICO
OPTIMO DEDICAVIT.
KA· IAN.
P· CORNELIO ANVLLINO
·III. ET M. AVFIDIO
FRONTONE COSS.

In cella litteraria Do. Francisci de Lallis.

CORNELIVS VICTOR ET CORNELIVS
ROGATVS FECERVNT SISI ET SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM
IN FR. P.XII. IN AGR· P.XII.



¶ In Ecclesia S. Stephani de trullo.

D. ❧ M.

M. IVLIO HIERANT. VIX. AN. LXXXII. M. IIII. D. XXII. PARENT. PIENTISS. FECERVNT M. CORNELIVS T. F. SATVRNINVS T. LEG. II. AVG. ET M. CORNELIVS IVLIANVS FILI PIISSIMI ET IVLIA HYEROPHILA CONIVNX.

¶ Ibidem.

D. M.

AVRELIAE ZOSIMAE AVRELIVS PRIMITIVVS AVRELIA SEVERA ALVMNAE SVAE B. M. PIENTISS. FECER. V. A. VI. M. III. D. X. HOR. VIIII. SACRVM.

¶ In æde S. Blasii non longe à S. Marcello.

D. M.

VALERIAE GLAVCAE LIBERTAE SANCTISSIMAE ET SIBI CARISSIMAE V. A. XIX.

¶ In via publica post ædem S. Mariæ apud domum Cardinalis Reatini.

L. RAGONIO L. F. POP. VRMATIO TVSCENIO QVINTIANO DOMINO AD HONOREM TOGAE VIRILIS OFFELIVS SER. ARK.



p

¶ In ædibus D. Grifoneti.

HERCVLI INVICTO PRO SALVTE D.D.
NN. IMP. CES. IVL. AVREL. ANTONINI P. F.
AVG. ET M. AVREL. ALEXANDRI NOBILISSIMI
CESA TOCIVSQ. DOMVS DIVINAE EORVM
COH. X. PR. PV. ANTI. ET MARCIANI MASCV-
LINVS VALENS B. E. PR. PR. FEMININA ET AVR.
FABIANVS SIGNIFER ET VAL. FIRMINVS
OPCIO ET QVOD PROFICISCENTES EXPEDI-
TIONIBVS SACRIS FOVERANT REGRESSI CVM
MANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT.

¶ Ibidem.

D. M. S.
AEMILIA PIETAS VIVA COMPARA-
VIT SIBI ET PAMPHILO ET LIBERTIS
SVIS ET LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. SVIS IN FR. P. XI.
IN AGR. P. XI.

¶ Ibidem.

C. MARCIVS C. F. SERE. SALVIANVS HORBA. GENIO
CENTVRIE COH. X. PR. ET MARIBASSI IN QVA
MILITAVIT ANN: XIX. VOTO SVSCEPTO MISSVS
HONESTA MISSIONE PR. NON. IANVA. Q. FABIO
CATVLLINO M. FLAVIO APRO. COS. ANIMO LIBENS
ARAM SVA PECVNIA POSVIT.

¶ In S. Lorenzolo in regione montium.

CVRTILIVS HERMEROS FECIT SIBI ET CVR-
TILIE THETIDI CONIVGI SVE CARISSIME
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS POSTERIS-
QVE EORVM MAGISTER VICI AB CYCLOPIS RE-
GION. PRI. FABER. ARGENTARIVS.

¶ In æde S. Marienouæ iuxta templum pacis.

D. M.
AVRELIAE FORTVNATAE VIX: ANNIS XX. T. AVRE-
LIVS LEVINIVS VXORI OPTIME.

¶ In monte Iordano.

L. CECILIVS L. L. SYRVS NATVS MENSE MAIO HORA NOCTIS VI. DIE MERCVRII VIX. AN. VI. DIES XXXXIII. MORTVVS EST IIII. K. IVLIAS HORA DECIMA ELATVS EST H. IN FREQVENCIA MAXIMA.

¶ In Templo S. Martini in montibus.

DEO SOLI INVICTO MYTHRE FL. SEPTIMIVS ZOSIMVS V. P. * SACERDVS DEI BRONTONTIS AECHATE HOC * SPELEVM CONSTITVIT.

* *Sacerdus* * *Speleum.*

¶ Apud Turrim militiæ in monte in monumento quodam imaginis armatæ & eæ virilis.

M. ANTONIVS EXOCHVS.

Ad pedes eiusdem imaginis.

THR. M. ANTONIVS EXOCHVS NAT. ALEXANDRINVS ROM. OB TRIVMP. DIVI TRAIANI DIE II. TIR. CVM. ERAXE. CAE. S. T. MISS. ROM. MVN. EIVSD. DIE VIIII. FIMBRIAM LIB. VIIII. MISS. FE. ROM. MVN. EIVSD.



¶ In æde S. Chrysogoni Transtyberim.

L· MAELIVS LITHAMYRVS VI-
SCVLARIVS SIBI ET DVRDENAE
PL· CYNTHERIDI ET L. MAELIO
L· FANI FLACCO FILIO EIVS
SCR· AED. CVR. ET SCR. Q. ET
LIBERTIS LIBERTABVSQ. SVIS·

¶ Ibidem in pauimento Ecclesiæ.

D. M. S.

FILIO DVLCISSIMO NICEROTI
PARENTES FECER· IN DEO·

¶ Ibidem in Pyramide quadam.

MAGNO ET INVICTO IMP. CAE·
C· VAL. AVREL· CONSTANTINO
PIO FEL· INVICTO AVG· PON-
TIF· MAX. TRIB. POTEST.
COS· III. P. P.

¶ In alio latere eiusdem Pyramidis.

DEDICATAE KAL· IAN. D D.
N N· DIOCLETIANO III. ET MAXI-
MIANO COSS· CVRANTE THES-
SIO SECVNDO P· C. CORA-
RIORVM.

¶ Ibidem.

D. M.

C. NONIAE F· VRSI SACERDOTIS
CABESIS MONTIS ALBANI CVRIO-
NIS C· NOVIVS IVSTINVS ALVMNO
DVLCISSIMO VIX. AN· II· M. XI· D. XIII.

¶ Ibidem.

D. M.
T. AELIO CRESCENTI T. AELIVS
ANTIRROCHVS PATRONVS ET
AELIVS CRESCENS FILIO B. M.
QVI VIX. ANNIS VI. MENSIBVS
TRIBVS DIEB. VIII.

¶ Ibidem iuxta Campanile.

P. RANTIFANVS PP. GAL. CYRINI-
CVS PISIS VIXIT ANN. XXIII.
MILITAVIT AN. V. IN COH. VIIII.
PR. SAL. VI. BI. ASSI. H. S. E.

¶ Intra mœnia inter portam latinam & appiam.

TV PATER ET MATER LACHRYMIS RETINETE DOLOREM
NAM FATO RAPTAM NON POTES ERIPERE.
HETERIA THELETE VIX.
ANN. XXVII.

¶ Ibidem.

M. REMIVS LIBER XISTVS TI.
CAESARIS SER. GERMANIC.
APOLLONIO VICARIO SVO
ANN. XX.

¶ Ibidem.

C. IVLIVS IOCVNDVS ESSE
DARIVS V. A. XXV. FILIA PATRI.

¶ Ibidem.

HVIC MONVMENTO VSTRINVM
APPLICARI NON LICET.

¶ Ibidem.

TI· CLAVDIO PHEBO VIX· ANN.
XXXV. NATALIS DE SVO ANNIS
VI. MEN· III· DIE. VIII.

¶ Ibidem.

OLYMPVS LIVIAE DRVSI
CAESARIS LECTICARIVS·

¶ Ibidem.

MANTONIVS FELIX INSVLARIVS.

¶ Ibidem.

TI. CLAVDIVS TAVRIS CVS·
TOPIORIVS VIX· ANN. XLV.

¶ Ibidem.

FAVSTVS TI· CLVDI· GERMA-
NICI LECTICARIVS·

¶ Ibidem.


·PROCVLVS/ DECVRIO GERMA-
NORVM TI· GERMANICI·

¶ In domo Solis taberna publica.

D. M. S.

M. AVR. EVRETO CONIVGI CARISSIMO QVI
VIXIT ANN. LXIII. M. VIII. SEPTIMIA FELI-
CISSIMA VXOR ET M. AVR. EVRETVS
ET SEPTIMIA EVRESIA ET AVR. PVDEN-
CIANVS FILIO CARIS. NEGOTIANTI
PVLLARIO PATRI B. M. F.

¶ Prope domum de' Maximis iuxta Campum Flor. in Columna quadam.



¶ Ibidem.

STEDIAE PAVLINE L. CANCINIVS HER-
MIPPVS CONIVGI INCOMPARABILI
AVE ANIMA INOCENTISSIMA
STEDIA PAVLINA.

¶ Ibidem.

V· F. H· M. H. N· S. M. TRA· VIEIS
THAYVS SIBI ET LIVIAE PSICHE.

¶ Ibidem.

V· F· L. VALENCIVS EVTYCHVS
SIBI ET L· VALENCINO SENEC-
TIONI PATRONO SANCTISSIMO·

¶ Ibidem.

V. F· CN. DOMICIVS EVPHRO-
SINVS SIBI ET FLAVIAE MAXI-
NIAE VXORI OPTIM.

¶ Ibidem.

HIRNIVS OCTAVIVS CARICIA ET
FESTA COROLINA C· VALERIO
SVRO ET SIBI PARTEM P· XXX·

¶ Ibidem.

C· H· C· LOCVS ADSIGNATVS MO-
NVMENTO IN QVO EST EDICLA
PRIAPI IN FR. P· LXX· IN AGRO
LXX· SEX· SALANIVS P· F· MAN-
DATVS MILES LEG· XV.

D. M.

SVCCESSI FIL· CAESIA GEMELLA
MATER PIISSIMO FILIO DE SVO
VIXIT AN. IX· M· IIII· DIEB· XV·
FATIS PERACTIS MATER EODEM
EST CONDITA QVAE POST OBITVM
FILI VIX· AN. III· M· XI. D. VIII·

In alio latere.

QVOD FAS PARENTI FACERE DEBVIT FILIVS
MORS IMMATVRA FECIT VT FACERET PARENS
PATER SVCCESSVS SVPREMVM VIRIS ꝙ PRESTITIT OF-
FICIVM.

P. PONTIVS MAXIMVS AC.
C. PONTIVS PAVLVS C. PONTIVS
PONTIANVS F. H.

¶ In domo Pomponii læti in monte Quirinali.

D. M.
SECVNDO FILIO PARENTES
B. M. FECER. V. A. I. D. XI.

¶ Ibidem.

D. M.
CLAVDIAE VICTORIAE ET TI. CL.
AVG. L. EVELPISTO TI. CL.
AVG. LIB. PETRONIVS PAREN-
TIBVS PIISS. FECIT.

¶ Ibidem.

D. M. SAC.
AEGNATIAE THALLVSSAE ET M.
CARVILI IVCVNDI VE CARVI-
LIVS IVCVNDVS FIL. PARENTIBVS
SVIS ET SIBI FECIT POSTE-
RISQ. SVORVM.

¶ Ibidem.

D. M.
M. QVINTIVS FELIX M. QVIN-
TIO PIRALIO FILIO PIIS-
SIMO V. A. III. M. VI. D. XVIII.

q

¶ Ibidem.

D. M.

CORNELIVS QVINTIVS ARRIAE
CRESCENTINAE CONIVGI B. M. F.

¶ Ibidem.

D. M.

